

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Sancti Gregorii Moralis Expositionis In Beatum Iob, Liber Vigesimvs
Septimvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

SANCTI GREGORII MORALIS EXPOSITIONIS IN BEATVM IOB, LIBER VIGESIMVS SEPTIMVS.

Quod multi prophetæ spiritum accipiunt sed tamen ad sanctitatis meritum non attingunt.

CAPUT PRIMUM.

QUISQUIS de magnis dictis arrogantium sumere scientiam nittitur, providere solerter debet, ne hoc quod eorum scientia altum tumet, imitetur: ne cum virtutem * flore, morum virtutis colligat, & in eo quod loquendi notitiam asequitur, vivendi se imperitia transfigat. Hos namque cum fortia dicere audimus, sed tamen de dictis fortibus tumere conspicimus, quasi doctrinæ hortum ingressi, de spinis rofas attingimus. Discreta ergo nobis sollicitudine opus est, & carpe quod redoleat, & cavere quod pungit: ne si fortasse improvidè dictorum flos legitur, * incautis legentibus manus morum spina laceatur. Eliu itaque doctus & arrogans, profert aliquid quod redoleat, aliquando quod pungat. Sic igitur sumendum est de ejus doctrina quod fragrat, ut tamen sollicitè cavendum sit de elatione quod vulnerat. Qui multa quidem superius moraliter intulit, sed in verbis sequentibus ad sola se prophetæ arcana fultur. Ima enim moralitatis deserit, & ad prophetæ summa concendit. Nec mirandum, quod vir arrogans impleri prophetico spiritu potuit, cum Saul etiam in numero prophetarum fuit. Sed hoc de Saul cur dicimus, cum ex visione Angeli accepisse verba rationabilia & astinam noverimus? Sed sicut irrationale animal rationis verba edidit, nec tamen ad permutationem naturæ rationalis accessit: ita sepe quilibet indignus sancta verba per prophetæ spiritum accipit, sed tamen ad promerendam sanctitatis gloriam non pertinet, ut & supra se loquendo emineat, & infra se vivendo torpecat. Unde nunc Eliu Redemptoris nostri adventum humilem non humili conficit, & eum prophetando prædicat, quem elatis moribus impugnat, dicens: [Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus es similis in legislatoribus.] Ac sic aperte dicat: Qui humilis viderit in infirmitate, excelsus manet in fortitudine, Paulo hoc etiam attestante, qui ait: Quia & scru-
cifixus es ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei. De quo rectè subiungit: [Nullus es similis in legislatoribus.] Legislator Moyse, legislator Iosue, legislatores etiam Prophetæ: legislatores cunctos dicere possumus, quos ex lege admonuisse recta populum scimus. Sed huic mediatori in legislatoribus similis nullus est: quia isti gratitudo vocati ex peccatis ad innocentiam redeunt, & ab his quæ in semetipsis experti sunt, predicando alios reducunt. Redemptor autem noster homo sine peccato est, filius sine adoptione, nec perpetravit unquam quod redarguit, & sic mundo ex humanitate loquitur, ut tamen eidem mundo ante secula ex divinitate dominetur. Hunc mediatorem Dei & hominum quidam legislatoribus similius fuisse crediderunt. Nam re-

* al.
verbis

* al.
inculta
legentis

r. Reg.
10. b
Num.
20. e

2. Cor.
13. b

A quirenti. Quem discunt homines esse filium hominis; ref. Matt. ponderunt discípuli, dicentes: Alii Ioannem Bapt. 16. & Iohannem, alii Eliam, alii Hieremiam, aut unum e Prophétis. Sed nimur Petrus quād excelsus in fortitudine esset, apparet, cū cum veracriter intuens, à legislatorum æqualitate difcrevit, dicens: Tu es ibid. Christus filius Dei vivi. Unde rectè de illo sponsa in Cantico cantorum dicit: In lectulo meo per na- Can. 8. ëtes quæsivi quem diligit anima mea, quæsivi illum, & non inveni. Et paulò post. Invenerunt me vigiles, qui custodiū crivitatem. De quibus rursus dicit: Vulneraverunt me, tulerunt pallium meum. Quos iterum percundatur, dicens: Num quem diligit anima ibid. mea vidissis? Paululum cū perransfissem eos, inveni quem diligit anima mea. Dilectus namque per no- Ætes in lectulo quæritur: quia intra secreta cordis B cubilia in tribulazione spiritus desideratur. Quem tamen quærens sponsa non invenit: quia electa qua- que anima jam quidem amoris ejus facibus flagrat, sed adhuc quæsita negatur species, ut amantis desiderium crescat; & quasi in siti aqua subtrahitur, ut ejusdem siti astus augeatur: & quod hanc diu- tuis sitiens desiderat, & quandoque cū invenerit, avidiū sumat. Sed hanc quærentem vigiles inveniunt, eamque vulnerant, & ejus pallium tollunt: quia unquamque animam redemptoris sui jam speciem requirentem, cū solliciti doctores inveniunt, hanc per prædicationis verbum cælestis amo- rit spiculis vulnerant, & si quod ei adhuc de vetusta conversatione regmen inest, subtrahunt, ut quod exuta ab hujus mundi onere redditur, & dī qui quæ- ritur, ab illa citius inveniatur. Bene autem subditur: Paululum cū perransfissem eos, inveni quem diligit anima mea: quia visionis ejus mens avida, nisi Prophetarum estimationem, nisi Patriarcharum cel- situdinem, nisi cunctorum hominum mensuram transeenderit, cum qui est super homines, non inveniret. Transire ergo est vigiles, etiam eos quos mi- ratu, in ejus comparatione postponere. Et tunc is qui quærebatur, cernitur, si homo quidem, sed tam extra mensuras hominum cedratur. Unde bene nunc dicitur: [Nullus es similis in legislatoribus.] Sed is videlicet per infirmitatem carnis nostris obtutibus apprens, dum alios reprobat, alios vocat, mira iudicia exhibuit, quæ à nobis & co- gitari possint, & comprehendendi non possint. Ait namque: In iudicium ego in hunc mundum veni, 1043.9.8. ut qui non vident, videant: & qui vident, ceciscant. Et rursus: Confitebor tibi Domine pater cœli & Mart. terre, quia abscondisti hac à sapientibus & pruden- 11.4. ribus, & revelasti ea parvulis. In quibus nimis- rum iudicis Judæa repellitur, Genitilitas aggredit- gatur. Quod videlicet factum mirari possumus, sed perscrutari nullatenus valemus. Unde & bene nunc ab Eliu subditur: Quis poterit scrutari vias ejus? aut quis audet ei dicere: Operatus es iniqui- tatem?] Ac si dicat: Cujus perscrutari actio non potest, quo pacto reprehendi potest? Nemo

enim bene judicat quod ignorat. Tantò ergo debemus sub ejus iudicij silendo quiescere, quanto & rationem iudiciorum illius nos cernimus non videre. Unde & bene subditur.

Quod nostra scientia mensuram Christi opera excedant.

C A P U T II.

Memento quid ignorare opus ejus, de quo cecinerunt viri. [In Scriptura sacra viri aliquando Angeli, aliquando autem perfectæ vite homines memorantur. Nam quia aliquando vir Angelus f[ilius] dicitur, Daniel propheta testatur, dicens: *Ecce vir Gabriel Rursum, quia virorum nomine perfectæ vite homines exprimuntur, in Proverbii sapientia loquitur, dicens: O viri, ad vos clamito. De Domino igitur viri canunt, cum ejus nobis potentiam vel superni spiritus, vel perfecti quique doctores innotescunt. Sed tamen opus ejus ignoratur: quia nimurum iudicia illius ipsi etiam qui hunc prædicant, impenetrata venerantur. Et sciunt ergo quem prædicant, & tamen ejus opera ignorant: quia cognoscunt per gratiam eum, à quo facta sunt, sed ejus iudicia comprehendere nequeunt, quia ab illo etiam super ipsos sunt. Quid enim omnipotens Deus perficere in sua actione non cernitur, Psalmista testatur, dicens: *Qui posuit tenebras latitudinem suum. Et rursum: Iudicia tua abyssus multa. Atque iterum: Abyssus sicut pallium amictus ejus. Unde bene etiam per Salomonem dicitur: Sicut ignoras quae sit via spiritus, & qua ratione compingantur offa in ventre pregnantis; sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium. Ut enim unum è multis loquar, duo ad hanc lucem parvuli veniunt, sed unius datur ut ad redemptionem per baptismum redeat, alter antè subtrahitur, quam hunc regenerans unda perfundat. Et saepe fidelium filius sine fide rapitur, saepe infidelium concessio fidei sacramento renovatur. Sed forsan aliquis dicat, quid hunc Deus auctorum pravè etiam post baptismum noverat, & idcirco cum ad baptismum gratiam non perducat. Quod si ita est, peccata quorundam proculdubio priusquam sint perpetrata, puniuntur. Et quis ista rectè sentiens dixerit, quia omnipotens Deus, qui alias à perpetratis facinoribus liberat, hæc in aliis etiam non perpetrata condemet? Occulta itaque sunt ejus iudicia: & quanta obscuritate nequeunt conspiciri, tanta debent humilitate venerari. Dicat ergo: [Memento quid ignorare opus ejus, de quo cecinerunt viri] Ac si aperte diceret: De quo fortis qui que locuti sunt, ejus opera tua mentis oculis absconduntur: quia mensuram tuæ notitia eo ipso quo humanitate circumscriberis, transeunt. Sequitur.**

Quod Deum quidem esse scimus, quod magis est; & ejus iudicia ignoramus, quod minus est.

C A P U T III.

Omnes homines vident eum, unusquisque intueretur procul. [Omnis homo eo ipso quo rationabilis est conditus, debet ex ratione colligere, eum qui se condidit, Deum esse. Quem nimurum jam videre, est dominationem illius ratiocinando conspicere. Cùm verò dictum sit: [Omnis homines vident eum,] rectè subjungitur: [Unusquisque intueretur procul.] Procul quippe cum intueri, est non jam illum per speciem cernere, sed adhuc ex sola operum suorum admiratione pensare. Procul illum hinc etiam electi conspicunt: quia necdum claritatem illius per acumen intimæ visionis apprehendunt. Cui etiже jam per amorem juxta sunt: adhuc tamen ab illo terrenæ inhabitacionis pondere disiunguntur: & quamvis ei bene vivendo inhærent, à contemplationis ejus

S. Greg. Tom. I.

A specie longè se esse suspirant. Quem nimurum reprobri etiam cum ad iudicium venientem viderint, procul intuentur: quia non cum in divinitatis forma, sed in sola qua comprehendendi potuit humanitate conspicunt: quia videlicet eorum oculos redulta tunc ad memoriam sua male gesta reverberant, & dum ejus humanitatem vident, cuius divinitatis claritatem non vident, miro modo ab ejus visione quem conspicunt, longè sunt. Sed cum dicitur: [Memento quid ignorare opus ejus,] ac deinde subjungitur: [Omnis homines vident eum;] quem sicut diximus, vide, est transcendentem omnia ejus essentiam ex ratione colligere: valde mirandum est, quid & ipsum cernimus, & ejus opus ignoramus. Dubius quippe de ejus essentia non sumus, & tamen in ejus iudicij incerti remanemus. Pater nobis quod sumum est: absconditur, quod minimum. Minus quippe sunt ejus opera, quam ipse; & agentem cernimus, sed in actione caligamus: quia videlicet cur quid fieri incertum est, sed quis sit qui hæc incertata faciat, incertum non est. Dicat ergo: [Memento quid ignorare opus ejus, de quo cecinerunt viri: omnes homines vident eum, unusquisque intueretur procul:] quia eum, cuius iudicia minime comprehendimus, esse per rationem videmus: quem * tantò * al. adhuc procul cernimus, quanto ab ejus fortitudine nubilo infirmatit nostræ separamur. Se p. c. quia quitur.

Quod infirmum Christi secundum carnem fortius est in omnibus: nec in hac humana natura aliquis ei vel in patribus, vel prophetis possit aquari.

C A P U T IV.

Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. [Superius dixerat: [Ecce Deus excelsus;] nunc iterum dicit: [Ecce Deus magnus.] Quid est quid de Deo loquens, ecco dicit, & ecce reperit, nisi quid ecce dicimus de ea re, quam in presenti monstramus: & quia Deus ubique præsens est, cùm de illo ecce dicitur, etiam non videntibus adesse memoratur. Bene autem eum vincere scientiam nostram narrat, quem videri ab omnibus dixerat: quia etiже ex ratione conspicitur, magnitudo tamen illius nulla nostri sensus subtilitate penetratur. Quidquid namque de claritate ejus magnitudinis scimus, infra ipsum est: & tantò ab ejus scientia longè repellimur, quando ejus potentiam nos comprehendisse suppicimur. Nam quamvis in altum mens nostra rapiatur, ejus tamen magnitudinis immensitate transcenditur. Cujus tunc aliquid quasi ex parte cognoscimus, quando eum nos dignè cognoscere non possemus. Sequitur: [Numerus annorum ejus inestimabilis.] Dicere utcumque æternitatem voluit, & ipsam æternitatem longitudinem annos vocavit. Cùm enim brevitatem temporis dilatare volumus, momenta per horas, horas per dies, dies per menses, menses autem per annos extendimus. Quia ergo per amplum quiddam dicere voluit, sed quid diceret, latius non invenit: * ideo annos sine estimatione numeri multiplicavit, dicens: (Numerus annorum ejus inestimabilis;) ut dum ea quæ apud se sunt prolixa multiplicat, æternitas longitudinem se metiri non posse infirmitas humana cognoscat. Tende itaque oculum in æternitatem, ut videoas Deum, vel quando est à principio, vel quousque: & nusquam finis superior, quia esse non incipit: nusquam finis inferior, quia esse non desinit. Intra ipsum omnia coangustantur, ipse verò circa omnia fine spatio extenditur, sine loco dilatatur. Ecce cuncta quæ facta sunt, ea ipsa circumscriptione qua creata sunt, superiori & inferiori fine cinguntur. Lege enim sua, qua antè esse incipiunt, festinant non esse. Sed quedam mirabiliter accepérunt, ut quamvis ea finis superior inchoat, finis tamen inferior non constringat; & licet esse incipiunt, esse

* al.
in Deo.

*Sup. lib.
16.
Cap. i.*

Ccc ij

in perpetuum non defstant. Horum verò aeternitas idcirco summa est aeternitati diffimilis, quia aeterna esse cœperunt. Cum ad extrema prospicimus, horum finem qui omnino deest, non comprehendimus: eorum tamen initia cernimus, cum mentem retro revocamus: & dum in eis infra supraque animalium ducimus: non capimus omnino quoque sunt, sed videmus ex quo. Deus autem quia quasi quiddam in eo per aeternitatem longum est, quod nec initio oritur, nec fine terminatur, nec ex quo in semetipso recipit, nec quoque, dicatur ergo: [Numerus annorum ejus inestimabilis.] Per hoc ergo quod annorum illius numerus dicitur, diutinum ejus esse ostenditur. Per hoc verò quod inestimabilis memoratur, hoc ipsum esse infinitum & incomprehensibile demonstratur. Sed quia humanis mentibus innotescat, agnoscimus, dum omnes homines vident eum; & quia ejus magnitudinem admirantes cernimus, dum annorum ejus numerus inestimabilis habetur: restat jam ut etiam quid agat, audiamus. Sequitur.

Quod ab aliis Prophetis, & veteris Testamenti auctoribus, Ecclesiastica doctrina multipliciter exponens quod illi sub brevitate locuti sunt, quasi ex guttis gurgites fecit.

CAPUT V.

4. **Q**ui afferat stellas pluvias, & effundit imbras ad instar gurgitum.] Duo in hac vita sunt generajorum: unum videlicet bene viventium, sed nulla docentium: aliud verò recte viventium, & eadem recta docentium: sicut & in celi facie aliae stellæ producent, quas nullæ pluvias subsequuntur; aliae producent, quae arenem terram magnis imbrisbus infundunt. Igitur quoties in sancta Ecclesia recte quidam vivunt, sed tamen prædicare eamdem rectitudinem nesciunt, stelle quidem sunt, sed in siccitate aëris natae; quia per exemplum bene vivendi lucere ceteris possunt, sed per prædicationis verbum pluere nequeunt. Cum vero in ea quidam & recte vivunt, & alii eamdem rectitudinem verbis prædicationis influant, quasi ad proferendas pluvias in cœlum stellæ producuntur, quæ sic vitæ suæ meritis lucent, ut etiam sermone prædicationis pluant. An non in hoc celo astrum pluvias Moyses exitit, qui cum de supernis emicuit, corda peccantium quasi arenem inferius terram sanctæ exhortationis pluvia ad ubertatem germinis infudit? An non Esaias astrum pluvias ostensus est, qui in eo quod lumen veritatis prævidens tenuit, siccitatem infidelium prophetando annuncians rigavit? An non Hieremias & Prophetæ ceteri velut in celo positi altra pluvias fuerunt, qui in prædicationis culmine erexit, dum prævitatem peccantium liberè increpare ausi sunt, quasi verborum guttis obsecrationis humanae pulverem rigando presserunt? Quorum videlicet animas ab hac corruptibili carne suscepimus, quia ex praesenti vita superna iudicia auferunt, quasi à cœli facie stellæ pluvias subtrahuntur, & ad occultum astra redeunt, dum peractis suis cursibus sanctorum animæ in thesauris dispositione intima reconduntur. Sed quia terra aresceret, si subductis stellis pluvias superna funditus fluenter cesserent, recte dicitur: [Qui afferat stellas pluvias, & effundit imbras ad instar gurgitum.] Nam cum Prophetas abstulit, eorum vice Dominus Apostolos misit, qui in similitudinem gurgitum pluerent, postquam subductis antiquis patribus exteriora legis prædicamenta tacuisse. Stellas ergo pluvias abscondit, & ad instar gurgitum imbras fudit: quia dum prædictores legis ad secreta & intima retulit, per dicta sequentium uberior vis prædicationis emanavit. Possunt quoque per stellas pluvias, sancti Apostoli designari, de quibus Judææ reprobatae per Hieremiam dicitur: Prohibita sunt stel-

Hiere. 3.

A la pluviarum, & serotinus imber non fuit. Stellas ergo pluvias Dominus abstraxit, atque ad instar gurgitum imbras fudit: quia cum de Judæa prædicantes Apostolos abstulit, doctrinæ novæ gratia mundum rigavit. Quod utrumque factum in Ecclesia potest non inconvenienter intelligi: quia cum solitus corporibus ad secretos supernorum sinus Apostolorum animas resulit, quasi à cœli facie stellas pluvias abscondit. Sed ab aliis stellis pluviae, in morem gurgitum imbras dedit: quia etiam reductis ad superna Apostolis, per expiatorum sequentium linguis, divinae fluentia scientia diu abscondita largiori effusione patet. Nam quod illi sub brevitate locuti sunt, hoc exponendo isti multipliciter auxerunt. Unde & non immerito ipsa expiatorum prædictio gurgitibus comparatur: quia dum multorum præcedentium dicta colligunt, ipsi in eo quod adiungunt, profundiū dilatantur. Nam dum testimonia reminisci jungunt, quasi ex guttis gurgites faciunt. Quorum verbis dum quotidie Gentilitas docetur, quia peccatorum mens cœlestem scientiam accipit, quasi stans in terra aqua gurgites ostendit. Sed nequaquam se eisdem Apostolis expiatorum in scientia preferant, cum exponendo latius loquuntur. Meminisse quippe incessanter debent, per quos ejusdem scientie inventiones acceperunt. Unde & aptè subiungitur: [Qui de nubibus flunt.] Hi quippe de nubibus gurgites flunt; quia si ex sanctis Apostolis vis intelligentia non inciperet, nequaquam per doctorum ora largior manaret. In Scriptura enim sacra aliquando per nubes, mobiles quique homines, aliquando Prophetæ, aliquando autem Apostoli designantur. Per nubes quippe mobilitas humanæ mentis exprimitur, sicut Salomon ait: Qui ventum obser. Ecl. 11. vat, non seminat: & qui considerat nubes, numquam metit. Ventum procudiblo immundum spiritum, nubes verò subiectos ei homines appellant; quos roties hue illucque impellit & revocat; quoties tentationes ejus in eorum cordibus suggestionum flatibus alternant. Qui igitur ventum obseruat, non seminat: quia qui tentationes venturas metuit, cor ad bona opera non proponit. Et qui considerat nubes, non metit: quia is qui ante humanæ mutabilitatis terrorē trepidat, mercedis aeternæ retributione se privat. Per nubes Prophetæ figurantur, sicut per Psalmam dicitur: Tenebrosa aqua in nubibus aëris; id est, Psal. 17. occulta scientia in Prophetis. Per nubes quoque Apostoli designantur, sicut per Esaiam dicitur: Man. Esai. 6. dabo nubibus, ne pluam super eam imbre. Ipsi igitur stellæ, quia vitæ meritis lucent: ipsi nubes, quia arenæ nostri pectoris terram cœlestis intelligentia fluentis rigant. Si enim nubes non essent, nequaquam eos intuens Prophetæ dixisset: Qui sunt isti, qui ut Esai. 60. nubes volant? Imbrium itaque gurgites de nubibus flunt: quia profunda predicationes sequentium, intelligentia originem à sanctis Apostolis acceperunt. De quibus adhuc nubibus aptè subiungitur: [Quæ prætexunt cuncta desuper.] Nubes cum desuper aërem prætexunt, si in cœlum oculos attollimus, non cœlum, sed ipsas intuemur; nec vius noster æthereas plegas penetrat, quia ei illas ipsa sua infinitas occultat; & cum de celo sol rutilat, prius interfuso aëre pascitur, ut post in celo solis radios compleetur. Quia ergo carnales homines sumus, cum superna appetere nitimus, quasi in cœlum oculos levamus, & velut in cœlum aciem intendimus: quia pressi usi rerum corporalium, docere spiritualia conamur. Sed quia transire intellectus noster ad divina non sinitur, nisi prius per sanctorum præcedentium exempla formetur, quasi jam cœlum noster oculus suspicit, sed nubes videt: quia comprehendere ea quæ Dei sunt, appetit, sed vix mirari ea quæ hominibus collata sunt, potest. Unde & alias dicitur: Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis. Qui Psal. 75. enim orientem solem contemplari non valet, irra-

Matt. 14.
Joan. 13.
Gen. 12.
Gen. 21.
* al. su-
sleva-
muri.
Gen. 28.
Gen. 39.
Exod. 12.
10.
Iesse 10.
1. Reg. 10.
10. & 12.
Ibid.
1. Reg.
10.
Ibid.
1. Reg.
17. 18. &
19.

diatos montes aspicit, & quia sol ortus sit, deprehendit. Ex æternis ergo montibus nos Deus illuminat: quia per admiratam vitam patrum præcedentium, radij nos sive claritatis illustrat. Ecce in studio devotionis Dominicæ & charitatis accendimur, sed in hac devotione atque charitate melius harum nubium contemplatione formamur. Quid enim devotius Petro? Quid charius Joanne? Ille per devotionem fluida maris dorsa calcare non timuit, iste per amorem in ipso auctoris nostri pectori requievit; & qui ad corporalis cœnæ refæctionem venerat, spiritale pabulum de fini Redemptoris sumpsit. Sed quia signari per nubes etiam Prophetas diximus, necesse est ut adhuc ad medium superiorum patrum exempla deducamus. Ecce quum præceptis cœlestibus subdi per obedientiam cupimus, consideratis antiquorum patrum vestigiis juvamur. Quid enim Abraham obedientius, qui ad unam vocem Dominicam cognatos ac patriam deserit: & pro adipiscenda aeterna hereditate ipsum ferire non trepidat, quem senex jam & pene moriturus accepterat heredem? Cùm patientiae virtutem apprehendere conanur, præcedentium exempla conspicimus. Quid enim Ilaac patientius, qui ligna portat, de holocausto interrogat, atque post paululum ligatur, & non loquitur; aræ superponitur, & non reluatur? Quid ergo isto viro dici patientius potest? qui quasi ad solatium ducitur, & requirit; ad feriendum ligatur, & continebitur; & oblatus holocaustum interrogat, offerens in holocaustum taceret. Cùm accingi ad laborum tolerantiam nitimus, exemplis præcedentium * informamur. Quid enim Jacob laboriosius, qui apud Laban tam longo tempore propinquus jure cognitionis, opera exercuit servitutis, & vice obsecutus est famuli, ut perfrueretur præmiis hereditis? Cùm arcem continentis & casfatis ascendere nitimus, exemplis præcedentium sublevamur. Quid enim Joseph castius, qui ad desiderium petulantis dominae jugo luxuria premi non potuit etiam captivus? Et quidem hominibus exitit servus, fed contra dominantem nequitiam & in servitio liber fuit. Quum mansuetudine repleri concupiscentius, præcedentium exemplis adjuvamur. Quid enim Moysæ mansuetius, qui commissi sibi populi seditionem tolerat, & tamen iraculentem Dominum pro eisdem suis persecutoribus rogat, seque pro illis divino furori objicit; quia in sancto ejus pectori etiam ex persecutione charitas ignescit? Quum contra adversa mundi firmare mentis constantiam nitimus, præcedentium consideratione fulcimur. Quid enim Iosue constantius, qui ad explorandam gentium qualitatem missus, nec proceritatis magnitudinem, nec numerositatis multitudinem expavit. Unde & easdem gentes, quas explorando non timuit, etiam pralianto prostravit. Quem benignitatis culmen apprehendere conanur, præcedentium exemplis instruimur. Quid enim Samuele benignius, qui de principatu regendi populi dejectus, successorem sibi humiliter requirit, inventumque ungit in regem, unctum mox tolerat persecutorem? A quo ne moriar, trepidat: & tamen ne ei Dominus irascatur, rogat. Ipse quippe cùm mitteretur, ait: Audier Salm. & interfici me. Et ei per semetipsum Veritas dicit: Quousque tuluges Saulem, cum ego abjeceram eum? Quid ergo isto viro benignus dici potest, qui & hunc non vult divinitus percuti, à quo formidat occidi? Quum ad pietatis atque humilitatis celistinum tendimus, præcedentium exemplis levamus. Quid enim David misericordius, quid humilius dici potest; qui à rege reprobo pro victoriis contumelias recepit, qui de manu hostili Israëliticam gentem fortis eripuit; & tamen ipse ne moriatur, quasi debilis fugit? Qui & se electum divino iudicio, & persecutorem suum reprobum

A agnoscit, & tamen eidem persecutori suo crebræ satisfactionis humilitate se subiect, qui persecutoris lanceam tollit, oram chlamydis detruncat, atque ad cacumen montis protinus properat, & uno eodemque tempore quia occidendi portestate habuerit, ostentat, & ne occidatur, rogat. Quia ergo in cunctis qua spiritualiter appetimus, exemplis præcedentibus informamur, bene de his nubibus dicitur: [Quæ praetextunt caræta desuper.] More enim nubium extensa super nos patrum vita regimur, ut ad fructum fecundi germinis infundamur. Et quasi intuentes cælum prius nubes aspiciamus: quia antè bonorum facta admirando cernimus, & post, illa quæ sunt cœlestia, experiendo penetramus. Sed quia nequaquam harum nubium, id est, antiquorum patrum vita nobis virtusque parceret, nisi eam nubes aliae, id est, sancti Apostoli lumine sua prædicationis aperirent, ad has nubes qua prædicando mundum circumveint, sermo redeat, & quid per illas Dominus in mundo egerit ostendat. Sequitur.

Quod diffusus per orbem præparatoribus, mansio præparata est Deo in credentium cordibus, & clarescentibus miraculis, usque ad terminos mundi nomen Christi pervenit.

C A P U T V I .

SI voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque mari operiet. Extendit nubes Dominus, dum ministris suis viam prædicationis aperiens, eos in mundi latitudinem circumquaque diffundit. Bene autem dictum est: [Quasi tentorium suum.] Tentorium quippe in itinere ponit solet. Et cùm prædicatores sancti in mundo mituntur, iter Deo faciunt. Unde scriptum est: Ecce mixto angelum meum Malachi ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Et unde rursus per Psalmistam dicitur: Iter facite ei, qui ascendit super occasum. Etrursus: Deus cum e gredereris cor tuum populo tuo, dum transgrederis per desertum, terramota es. Deus enim, qui per semetipsum non localiter ubique est, per prædicatores tuos in mundi partes localiter ambulat. Unde etiam per Prophetam dicitur: Et in ambulabo in eis. Iter quippe per eos agit, dum humanis cordibus corrum se eloquo infundit. Atque in hoc itinere tentoria Dei sunt haec eadem corda sanctorum, quibus quasi in via quiescendo tegitur, dum per hæc ad mentes hominum veniens, agit quæ disposerit, & non videtur. Hinc est quod simul omnis synagoga tentorium vocatur, cùm cessasse à prædicatione fæceroles Domini per Hieremiam queritur, dicens: Non es qui extendas ultra tentorium meum, Hieresi. & erigas pelles meas. Hinc rursus de exterminatione ejus dicitur: Dissipavit quasi horum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum. Quia enim in unius populi culte tunc Dominus inter homines latuit, cùmdem sibi populum tentorium vocavit. Unde & rectè nunc nubes istæ ejus tentorium dicuntur; quia ad nos Deus per gratiam veniens, intra prædicatorum suorum mentes operitur. An Paulus ejus tentorium non erat, cùm ab Hierusalem per circuitum uile ad Illyricum ad corda mortaliū veniens, in ejus mente Dominus quiescebat? Nubes quippe erat hominibus, tentorium Deo: quia quem prædicando infundebat audientibus, hunc invisibiliter in mente retinebat. Idem rursus dum catenis vincitus Romam peteret Paulus occupatus mundum, latens in ejus pectori quasi sub tentorio ibat Deus: quia & occultus videri non poterat, & per verba prædicationis proditus, iter inchoato gratia sine cessatione peragebat. Nubes ejus Moses exitit, cùm priuquam plebi Israëlitice ducatum præberet, quadraginta annis in deserto

Ccc iiij

permanens, & sublimia appetens, à conversatione A populi segregatus vixit. Sed tentorium Dei factus est, cùm ad revocandum populum in Aegyptum missus ibat, portans invisibilem in corde veritatem, cùm omnipotens Deus, qui patescebat in opere, latebat in corde. Et ubique præsens omnia continens, iter in suo famulo in Aegyptum veniens faciebat. Unde scriptum est: *Inuit Deus in Aegyptum, ut redimeret sibi populum.* Ecce iure dicitur, per cuius circumscriptam præsentiam cuncta continentur: quia is, qui ubique ex maiestate est, quasi in via gressus ponit ex predicatione. Sed eisdem sanctis prædicatoribus nequaquam ad persuadendum verba sufficiunt, nisi etiam miracula addantur. Unde cùm dictum sit: [Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum;] rectè subjungitur: [Et fulgurare lumen suo desuper.] Quid enim sentire fulgura, nisi miracula debemus? de quibus per Psalmistam dicitur: *Fulgura multiplicabis, & conturbabis eos.* Per has ergo nubes lumine suo desuper fulgorat: quia per prædicatores sanctos insensibilitatis nostra tenebras etiam miraculis illustrat. Cumque nubes istæ verbis pluunt, cumque miraculis vixi coruscæ lucis aperiunt, extremos etiam mundi terminos in divino amore convertunt. Unde rectè subditur: [Cardines quoque maris operiet.] Quod faciendum quidem Eliu vocibus audivimus, sed auctore Deo jam factum cernimus. Omnipotens enim Dominus coruscantibus nubibus cardines maris operuit; quia emicantibus prædicatorum miraculis, ad fidem etiam terminos mundi perduxit. Ecce enim pene cunctarum jam gentium corda penetravit: ecce in una fide Orientis limitem Occidentisque conjunxit: ecce lingua Britannæ, quæ nil aliud noverat, quam barbarum frendere, jam dudum in divinis laudibus Hebræum cœpit Alleluia resonare. Ecce quandam tumidus, jam substratus sanctorum pedibus servit Oceanus, ejusque barbaros motus, quos terreni principes edomare ferro nequierant, hos pro divina formidine sacerdotum ora simplicibus verbis ligant: & qui catervas pugnantium infidelis nequaquam metuerat, jam nunc fidelis humilium linguis timer. Quia enim perceptis cælestibus verbis, clarificentibus quoque miraculis, virtus ei divina cognitionis infunditur, ejusdem divinitatis terrore refrænatur, ut prava agere metuat, ac totis desideriis ad æternitatis gratiam pervenire concupiscat. Unde hîc quoque convenienter adjungitur: [Per hoc enim judicat populos, & dat escas multis mortalibus.] Per hæc nimurum verba prædicatorum, id est, guttas nubium, per hæc fulgura miraculorum Deus populos judicat: quia eorum corda territa ad pœnitentiam vocat. Nam dum superna audiunt, dum mira opera attendunt, mox ad corda sua redeunt, & se de antealitis pravitatibus affligentes, æterna tormenta pertimescent. Sed per easdem nubes, per quas terror infligitur, etiam esca datur: quia magna prædicatio dispensatio est, ut sic sciant superbientes mentes affligere, ut etiam afflictas novirint consolations eloquio nutritre: quatenus & peccantes de æternis suppliciis terrent, & pœnitentes de superni regni gaudis pacant. Unde bene ipse dispensationis ordo servatus est, ut ordinatè Eliu diceret quod per has nubes prius judicat populos, & postmodum escas præbet: quia nimurum omnipotens Deus per prædicatores suos prius nos de præva actione corripiens concutit, & postmodum per spem consolans nutrit. Si enim divina dispensatio per has nubes judicium modo non ageret, nequaquam eisdem nubibus dixisset: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remissiæ peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Et rursum, si per eas jejuna nostra corda non paupereret, nequaquam de effurientibus populis, discipulis Dominus diceret: *Date illis vos manducare.* Quod sic

tunc eorum manibus factum credimus, ut hoc eorum verbis quotidie fieri sine cessatione videamus. Quid enim agit Petrus, cùm per epistolæ loquitur, nisi ut verbi pabulo corda nostra male jejuna patientur? Quid Paulus, quid Joannes per epistolæ loquentes operantur, nisi ut mentes nostræ cælestia alimenta percipiant, & inedia sue fastidium quo moriebantur, vincant? Dicatur ergo: [Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet. Per hancem indicat populos, & dat escas multis mortalibus.] Ac si aperte diceret: Si sanctos suos in ministerio prædicationis extendit, eorumque verba miraculis adjuvat, totius mundi limites ad fidem vocat, per qua & prius superbientes indicat, & post verbum consolationis nutriendis in spe humiles roboret. Sed cùm escas dare mortalibus diceret, notandum quod non ait, omnibus, sed multis: quia videlicet scriptum est: *Non omnium est fides.* ^{2. Thess.} Et quibusdam dicitur: *Propterea vos non auditis,* ^{3.} quia ex Deo non esis. Et rursum: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum.* Et ^{10. 3. f} rursum: *Nosvit Dominus qui sunt ejus.* Unde in ipsa quoque sancta Ecclesia plurimi fidem tenent, & vitam fidei non tenent: humilitatis Dominica sacramenta percipiunt, sed humiliari Dominica imitatione contemnunt: blanda divini eloquij prædicatione communicant, sed apud se immanes in tumore perseverant. Unde hîc quoque, postquam per cardines maris aggregate Ecclesiæ latitudine signata est, aptè subjungitur.

Quod superbis cognitio denegatur veritatis: & quid sit quod filii Ruben & Gad ultra Iordanem campæstria concupiscant, & in terra promissionis hereditatem non velint, cum tamen ante fratres ad bellum armati procedant.

CAPUT VII.

*I*manibus abscondit lucem.] Immanes quippe sunt, qui se elatis cogitationibus extollunt. Quos contra per Esaïam dicitur: *V& qui sapientes esis in oculis vestris, & coram vobis meti ipsi prudentes.* Quos contra etiam Paulus ait: *Nolite prudentes esse apud vosmetipos.* Sed his immanibus lux absconditur; quia nimur superbientibus veritatis cognitio negatur. Unde per semetipam Veritas dicit: *Conseptor tibi pater Domine cali & terra, quia abscondisti a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* Sapientes & prudentes videlicet superbientes vocans. Qui enim non subjunxit: Revelasti ea stultis, sed parvulis; tumorem se damnasse ignoruit, non acumen. Unde & alias dicitur: *Custodiens parvulos Dominus.* Atque ut ostendatur hæc ^{10. 4. b} eadem parvitas quid vocatur, adjungitur: *Humilitas sum, & liberavit me.* Quia ergo sunt multi in Ecclesia, qui parvuli esse despiciunt, etiam in humilitatis loco immanes apud se esse minimè desistunt. Hos plerumque videoas honoribus extollit, voluptatibus perfrui, rerum multiplicitate dilatari. Hi sepe nil præcipue nisi præcessere ceteris appertunt, à multis timeri gratulantur: rectè vivere negligunt, & rectè vita famam habere concupiscunt: adulatio quærunt, favoribus intumescunt. Et quia in rebus sibi copiosè præsentibus prompti sunt, ventura gaudia non requirunt. Cumque eos multiplex actio occupat, etiam à semetipis alienos demonstrat. Et tamen si qua fidei tentatio exurgat; quia in ea saltem speciem continentur, hanc verbis, hanc laboribus defendunt, & patriam cælestem vindicant, nec tamen amant. Quos bene apud Moyse filii Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse exprimunt, qui multa pecora & jumenta possidentes, dum extra Jordanem ea quæ viderant, campæstria concupiscunt, in re promissionis terra here-

^{10. a.}
^{20. f.}

^{Matt.}
^{14. b.}

Num.
12. 14.

ibid. b

Ibid. c

al.
vanis

ii.

Esa. 10.

ditatem habere noluerunt, dicentes: *Terra quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regio uberrima est ad pastum animalium: & nos servi sui habemus jumenta plurima, pecuniarumque si inventimus gratiam coram te, ut de nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Jordanem.* Qui igitur jumenta plurima possident, Jordanem transire refugiunt: quia quos multa mundi implicamenta occupant, habitationem caelestis patriae non requirunt. Sed ipsa eos quam specienter tenent, fides increpat: ne otij delectatione torpescant, atque exemplo suo alios à laboris tolerantia, & studio longanimitatis frangant. Unde eis per Moysen dicitur: *Numquid fratres vestri ibi ad pagnam, & vos hic sedebitis? Cur subvertitis mentes filiorum Israel?* Sed quia erubescunt non defendere quod contentur, pro eadem fide quam professi sunt, ad certamen properant, eamque non sibi, sed proximis vindicant. Unde & ad Moysen dicunt: *Caulas ovium fabricabimus, & stabula jumentorum, parvulisque nostris urbes manitas: nos autem ipsi armati & accincti pugnemus ad prallum ante filios Israel.* Qui mox fortis pro aliis veniunt, & recompunctionis terram ab hostibus liberant, & relinquunt; atque ad pascenda armenta extra Jordanem redeunt. Multi quippe quamvis fideles, curis presentibus occupati, quasi armenta extra Jordanem pascunt: quia contra fidem baptismatis tota mente omniisque desiderio rebus peritura inserviunt. Qui tamen, ut diximus, cum fidei tentatio oritur, defensionum armis accinguntur. Hostes fidei superorū trucidant, & hereditatem terre recompunctionis, id est, fructum fidei non amant: sicutque pro illa pugnant, ut tamen sui pignora extra illam deponant. Quia enim parvulos foris habent, affectum in ejus habitatione non habent. Unde ad campestria redeunt; quia ab altis cacuminibus montium quasi à spé caelestium dilabuntur, ut extra recompunctionis terram bruta animalia nutritant; quia ad pascendos variis desideriis irrationalibus animi motus elaborant: quia aeterna lucis quanta sit claritas nesciunt, qui transitoris occupationibus obsecrantur; & dum de terrenis rebus superbiunt, caelestis sibi luminis aditum claudunt. Unde recte nunc dicitur: [*Intraeibus abscondit lucem.*] Sed tamen aliquando hos immanes superna gratia respicit, atque ipsis rerum abundantiam occupationibus affligit, corumque prosperitatibus adversas quidem, sed utiles tribulationes interserit, ut contristati ad cor redeant, atque in perituris rebus quam inaniter occupentur, agnoscant. Unde hinc quoque postquam subtrahita lux dicitur, apte subjungitur: [*Et præcipit ei, ut rurus adveniat;*] quia veritatis lumen, quod elatis occupationisque mentibus absconditur, afflictis humiliatique revelat. *Lux quippe advenit, cum afflictia mens ipsas, quas de perituris rebus tribulationum tenebras tolerat, agnoscat:* quia nisi aliquid ex lumine interno perciperet, nec hoc ipsum quia lumen perdidatur, videret. Quod intelligi specialiter etiam de Judæis potest, qui idecirco Redemptori nostro in carne venienti contradicere ausi sunt, quia apud semetiplos immanes extiterunt. Sed E his immanibus lux absconsa est; quia superbi lumen veritatis dum persequuntur, amiserunt. Sed quia in fine mundi ad fidem recipendi sunt, recte subjungitur: [*Et præcipit ei, ut rurus adveniat;*] Unde etiam per Esaïam dicitur: *Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquia salveant.* Tunc quippe ad eos lux revertitur, cum ipsis ad confundendam Redemptoris nostri potentiam revertuntur. Si autem in manibus, nequaquam per datum calum unum nomen, sed duas partes orationis accipimus; potest intelligi, quia in manibus lux absconditur, cum apud rectum judicem iniqui qui que in suis operibus cœcantur. Cui tamen præcipi-

A tur ut rurus adveniat: quia dum peccatores se suis viribus salvati non posse cognoverint, gratia lumen accipiunt, & protectionis intima radiis illustrantur, ut majore ardore postmodum caelestem patriam diligent, quam prius in terra delectatione flagabant. Sed hæc clara de caelesti patria loquimur, cui inesse mira claretia prædicta Angelorum agmina audimus; cui rerum omnium conditor præficit, quam visione sua reficiens replet; cui vera hereditas lux est, & defectus ejusdem luminis nullus est: ad nos metipos mentem reducimus, & quod terrena gestemus membra cogitamus, penitus quod nati in tenebris, atque à radiis intimæ lucis alieni, tantò nequius viximus, quanto rebus corporalibus detiti, à spiritualibus longius degebamus. Qua consideratione permotum cor, ac male sibi conscientum trepidat, & tanta illius, quam audit, patriæ civem se fieri posse desperat. Unde hic quoque apte subjungitur, quod mens pavida ad fiduciam reducatur. Nam de hac luce mox subditur.

Quod omnipotens Deus patriam caelestem, possessionem nostram fecit, & nos amicos & coheredes Christi constituit.

CAPUT VIII.

Anuntiat de ea amico suo quod possesso ejus sit: *Et ad eam possit ascendere.* Amicus veritatis est, ^{Ioan. 19.} recte amator actionis. Unde & ipsa Veritas discipulis dicit: *Vos amici mei esis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.* Amicus quippe animæ custos dicitur. Unde non immerito qui custodiare voluntatem Dei in preceptis illius nititur, ejus amicus vocatur. Hinc est quod rursum eisdem discipulis Veritas dicit: *Vos autem dixi amicos, quia omnia quacumque audivi a Pare meo, nota feci vobis.* De hac igitur luce aeternæ patriæ amico suo Deus annuntiat quod possesso ejus sit, ut nequaquam infirmitatis sue fragilitate desperet, nequaquam hoc quod creatus, sed quod recreatus est penset, sed tantò certius sciat, quia illius lucis claritatem possideat, quanto nunc vitori pulsantium tenebras verius calcat. Bene autem in promissione subjungitur: [*Et ad eam possit ascendere.*] Quid enim difficilius, quam homini in terra edito, terrena & fragilia membra gestanti cœlorum alta constendere, supernorum spirituum arcanæ penetrare? Sed corundem spirituum ad nos conditor venit, seque hominem etiam sub ipsis exhibuit, sicut de illo Patri per Prophetam dicitur: *Ministristi cum paulo misus ab Angelis.* Et quia inter nos & eisdem spiritus discordantis vita scandalum reperit, mira potentia, mirabiliori etiam pietate summa creans, ima suscipiens, ima cum summis junxit. Hinc est quod codem Rege nato Angelorum chorū in ejus annunciatione prodeunt, hymnum dicunt, & devicta pravæ vitæ discordia, hos quos dudum despicerant, cives agnoscent, consono ore prædicanter: *Gloria in excelsis Deo, & in Lue. 2. terra pax hominibus bona voluntatis.* Aci aperte dicant: Quos à nobis malitia disjunxerat, jam nunc in terra nata bonitas jungat, Hinc est quod ante incarnationem ejus in Testamento veteri adorasse homo ^{Gen. 1. 8.} Angelum legitur, nec tamen adorare prohibetur; sed post mediatoris adventum, cum se Joannes adorando Angelo prostravisset, audivit: *Vide ne Apoc. 19. fieris, conseruos tuus sum & fratribus tuorum.* ^b ^c ^d ^e ^f Quid est enim quod prius æquanimiter se concedebant adorari, post ab homine Angeli recusant; nisi quod prius hominem carnalibus corruptionibus deditum, nec ab eisdem carnalibus corruptionibus redemptum, quod abjectiorem noverant, justius contemnebant; postmodum vero humanam natum eō jam subjectam habere non poterant, quod hanc in auctore suo etiam super semetiplos ductam videbant? Neque enim debebat in membris sub-

jecta despici, quæ in ipso membrorum capite meruit prælata venerari. Is ergo, qui propter nos minor Angelis extitit, æquales nos Angelis virtute sua minorationis fecit. Unde & moriendo docuit mortem non metui, resurgendo de vita confidi, ascendiendo de cælestis patriæ hereditate gloriari; ut quod caput præfæ conficiunt, illuc se subsequi & membra gratulentur. Unde bene ab eodem nostro capite dicitur: *Vbicunque corpus fuerit, illuc congregabuntur & aquila.* Unde Petrus ait: *In hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcesciblem, conservatam in calis.* Unde Paulus dicit: *Scimus quoniam si terrena domus nostra huius habitationis disolvatur, quod adificationem ex Deo habemus dominum non manu factam, eternam in calis.* Sed si nos quoque, qui editi in terra sumus, cælum concedimus, ubi est, quod rursum Veritas dicit: *Nemo ascendit in calum, nisi qui de calo descendit;* filius hominis qui est in celo? Cui nimirum sententie statim obviat, quod haec eadem Veritas dicit: *Pater, volo ut ubi ego sum, & illic sint mecum.* Quæ sibi in verbis suis non discrepat, sed ad inquirenda hac quasi discordantia, studium nostræ mentis inflammat. Omnes enim nos qui in ejus fide natum sumus, ejus procudubio corpus existimus. Quia igitur mira dispensatione pietatis, membrorum suorum Dominus caput factus est: repulsa reproborum multitudine, solus est etiam nobiscum. *Nemo igitur ascendit in calum, nisi qui descendit de calo, sumus*

CAP.
xxxvi.

Super hoc expavit cor meum, & motum est de loco suo. Audiet auditionem in terrore men illius, & sonum de ore illius procedentem. Subter omnes calos ipse considerat, & lumen illius super terminos terre. Post eum rugiet sonitus, tonabit vox magnitudinis sue, & non investigabitur, cum audita fuerit vox eius. Tonabit Deus vox sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia. Qui precipit nivis ut descendat in terram, & hiemis pluviis, & imbris fortitudinis sue. Qui in manu omnium hominum signat, ut neverint singuli operas sua. Ingredietur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur. Ab interioribus egreditur tempestas, & ab Arcturo frigus. Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissima funduntur aquæ. Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum. Quæ lustrant cuncta per circuitum, quoque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit ille super faciem orbis terre, sive in una tribu, sive in terra sua, sive in quocumque loco misericordia sua eas inserit inveniri. Ausculta hec Iob: *sta, & considera miracula Dei.* Numquid scis quando præceperit Deus pluvias, ut ostenderent lucem nubium eius? Numquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias? Nonne vestimenta tua catida sunt, cum perstata fuerit terra Austræ? Tu forsitan cum eo fabricatus es calos, qui solidissimi quasi ore fuisti sunt. Oferende nobis quid dicamus illi: nos quippe involvimus tenebris. Quis narrabit ei que loquor? Etiam se locatus fuerit homo, devorabitur. At nunc non vident lucem: subito aer cogetur in nubes, & ventus transiens fugabit eas. Ab Aquilone aurum venit, & à Deo formidolosa laudatio. Dignus cum invenire non possumus: magnus fortitudine & iudicio & iustitia, & enarrari non potest. Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.

CAPUT IX.

Super hoc expavit cor meum, & motum est de loco suo.] Quia pavor dum mentem percutit, hanc à semetipsa alienam reddit; nonnumquam Latini interpres ecclasiæ pavorem vocant, sicut per Psalmistam dicitur: *Ego dixi in pavore meo, projectus sum à vultu oculorum tuorum.* Ubi videlicet non pavor, sed excessus dici poterat. Sed pavor illic pro excessu ponitur: quia sicut in excessu, ita in pavore alienatur animus. Unde hic quoque considerata luce eterne patriæ rectè subiungitur: [*Super hoc expavit cor meum.*] Ac si dicat: In admirationis excessu se transtulit, & quia novæ spiritu mens afflata est, semetipsam qualis in vetusta cogitatione fuerat, reliquit. Bene autem dicitur: *Et motum est de loco suo.*] Locus quippe humani cordis, est delectatio vite presentis. Sed quum divina aspiratione tangitur locus nostri cordis, sit amor eternitatis. Consideratione igitur eterne patriæ de loco suo ani-

A *hominis qui est in celo:* quia dum nos unum cum illo jam facti sumus, unde solus venit in se, illuc solus redit etiam in nobis; & is qui in celo semper est, ad celum quotidie ascendit: quia qui divinitate super omnia permanet, humanitatis suæ compage se quotidie ad celos trahit. * Ergo si desperet humana fragilitas, unigeniti sanguinem consideret, al. non ergo & in pretio suo conspiciat quam magna est, que deficeret hum. tanti valet. Perpendat sollicitè quòd caput præcessit, frag. & qua ad vivendum preceptis adstringitur, ad spec. sed u. randum exemplo roboretur: confidat calos, speret nig. supernam patriam, Angelorum se sociam sciat, atque in suo capite prælatam se etiam Angelis gaudet. Dicatur igitur rectè de hac luce aeternæ patriæ: [*Annuntiavit de ea amico suo quod possesso ejus sit, & ad eam possit ascendere.*] Sed valde mira sunt ista, valde terribilia, quod homo in terra editus, atque à cælesti patria exigentibus meritis longè damnatus, non solum ad statum conditionis reducitur, sed etiam gloriosius exaltatur: ut qui paratum perdidit, cælum recipiat: & non solum hunc debiti sui reatus non teneat, sed hinc post culpam dona cumulatiū excrescant: ut ille contemptor Dei, ille imitator diaboli, si ad fructum penitentia rebeat, usque ad cœlitudinem contemplande intime lucis ascenda. Cujus itaque cor non in hujus pietatis admiratione exiliat? Cujus torpor non in sublatione tantæ considerationis expavescat? Unde & aptè subiungitur.

C his movetur; quia derelictis infimis, in supernis cogitationibus ponitur. Prius enim quæ essent eterna nesciebat, in presentiū delectatione torpuerat, simulque ipse transiens, amore transeuntibus tenebat. Sed postquam quæ essent æterna cognovit; postquam supernæ lucis radios raptim contemplando contigit, admiratione suminorum se le ab infimis suscitatus elevavit, ut nulla jam ei, nisi quæ æterna sunt, libeant, & despectis transeuntibus, sola que permanent, requirat. Bene ergo dicitur: [*Super hoc expavit cor meum, & motum est de loco suo:*] quia pigrum cor, & terrenis dudum cogitationibus deditam, cum repente per excessum se ad summa suspendit, cogitationis infime locum mutavit. Sed quia per semetipsam in amore presentis seculi prostrata mens dormitat, & nisi divinæ gratiæ aspiratione pulsatur, in suis delectationibus frigida insensibilique torpescit; necesse est ut quomodo interna cogitatione tangatur, vel qualiter ad spiritalia sensificetur, adjungat. Sequitur.

Quod

*Quod superbus quisque prius timore iudicij concutitur,
deinde data indulgentia Deo familiarius inharet,
& unitus gratia Spiritus sancti, deinde amat &
predicat.*

CAPUT X.

*13. A Vdicit auditionem in terrore vocis ejus, & sonum
de ore illius procedentem.] Mos sacri eloquij est,
ut cum audiri aliquid per auditum insinuat, audiri
eundem auditum dicat, sicut Habacuc ait: *Domine
audivi auditum tuum, & timui.* Unde hic quoque
dicitur: [*Audiet auditionem in terrore vocis ejus.*] Notandum vero est, quod vox Dei non in gaudio,
sed in terrore audiri perhibetur: quia nimis peccator
quisque dum sola qua terrena sunt, cogitat,
dum cor oppresum infinitis cogitationibus gestat,
si repente divina gratia aspiratione tangitur, hoc
ante omnia intelligit, quod cuncta qua agit, di-
stricta eterni judicis animadversione puniantur.
Auditio igitur vocis Dei prius in terrore fit, ut post
vertatur in dulcedinem: quia autem nos districti ju-
dicij timore castigatis, ut jam castigatos supernae
dulcedinis consolatione reficiat. Nam cum nos vi-
lenta rerum temporalium delectatio possidet, &
mentis nostrae oculos in somno torporis premi, si
manu subiecti respectus excitamus, diu clau-
fos, mox eodem ad veritatis lucem oculos mentis
aperimus, quae egimus mala meminimus; quam
districtus judex contra haec veniat, videmus: ver-
satur in mente quantum ille sit tanti judicis adven-
tus; que tunc illa sit hominum Angelorumque fre-
quentia; quanta vi contra reprobos & ardencia pug-
nent elementa; quam terribiliter aeterna prodeat
de districti judicis ore sententia, quia reprobis dici-
tur: *Discedie a me maledicti in ignem aeternum, qui
præparatus est diabolo & angelis ejus.* Eorumdem
pena reproborum ante oculos volvitur, & quia sine
gehennæ tenebra, cum gravi amaritudinis obscuritate
penetratur. Quia ergo superbum cor prius ter-
rore concutitur, ut consuolum in amore solide-
tur, recte nunc dicitur: [*Audiet auditionem in ter-
rore vocis ejus.*] Ubi & bene subjungitur: [*Et so-
num de ore illius procedentem.*] Sonus de ore Dei,
est vis timoris de superna irruens aspiratione: quia
cum nos de venturis Dominus aspirando replet,
proculdubio de male gestis præteritis terret. Potest
autem per os Dei, unigenitus designari. Filius: qui
sicut brachium ejus dicitur, quia per eum cuncta
Pater operatur, de quo Propheta ait: *Et brachium
Domini cui revealatum est?* de quo Joannes dicit:
10. Omnia per ipsum facta sunt: ita etiam os dicitur.
*Ez. 38. Hinc est enim quod Propheta ait: Os enim Domini
locutum est hac.* Per quem nobis omnia loquitur, ac
si oris nomine patenter diceretur verbum, sicut nos
quoque pro verbis linguan dicere solemus: ut cum
Greacam, vel Latinam linguan dicimus, Latina
vel Graeca verba monstramus. Os ergo Domini non
immerito ipsum accipimus. Unde & ei sponsa in
Canticis cantorum dicit: *Osculetur me oculo oris
sui.* Ac si dicat: Tangat me dulcedine praesentiae
unigeniti Filii redemptoris mei. Per sonum vero
oris potest ejusdem Domini sanctus Spiritus desi-
gnari. Unde & alias in ejusdem Spiritus significa-
tione scriptum est: *Factus est repente de celo sonus
quam adveniens spiritus vehementis.* Sonus
igitur de ore Domini procedit, cum consubstantia-
lis ei Spiritus ad nos per Filium veniens, surditatem
nostra insensibilitatis rumpit, sicut de eodem sono
incircumscripsi atque incorpoore os Domini loqui-
*10. tur, dicens: De meo accipiet, & annuntiabit vo-
bis.* Potest ergo & per terrorum vocis, vis formidi-
dinis, & per sonum oris, dulcedo consolationis
intelligi: quia quos Spiritus sanctus replet, prius
S. Greg. Tom. I.*

A eos de tertena actione terrificat, & postmodum
spc celestium consolatur: ut tantò post* confido * xl.
de premis gaudent, quantò prius sola supplicia confi-
compliciendo metuebant. Hinc est quod de unige-
niti Spiritu quasi de hoc oris sono Paulus dicit:
*Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in ti- Rom.8.2
morem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum,*
in quo clamamus, *Abba pater.* Hinc per semetip-
sam Veritas dicit: *Accipite Spiritum sanctum;* quo-
rum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum e
retinereritis, retent a sunt. Ecce convertorum terror
vertitur in potestatem: quia dum mala sua peni-
tendo puniunt, usque ad exerceendum judicium af-
cendent; ut hoc in Deo posse accipiunt, quod prius
de Deo ipsi metuebant. Judices quippe sunt, qui
supernum judicium perfectè timerunt; & aliena
jam peccata incipiunt dimittere, qui prius formida-
verant ne retinerentur sua. Sed quia hoc ipsum ju-
dicium, quod spiritualiter agitur, modo a carnali-
bus non videtur; sunt nonnulli, qui Deum res hu-
manas curare non estimant, & eas ferri fortuitis
motibus putant. Contra quos recte subditur.

*De Dei aqua in omnia provisione: & quod primi-
tiva Ecclesia miraculorum adjutoris indigit,
quam persecutionis tribulatio pressit; nunc vero
sola exigat operum merita, non virtutum signa.*

CAPUT XI.

*S*Vbiter omnes celos ipse considerat, & lumen illius
super terminos terra.] Ac si aperte diceretur: Qui summa regit, etiam extrema non deserit: quia
sic impeditur maximis, ut tamen haec eadem cura
regiminis non prepredatur à parvis. Qui enim ubi-
que præfens, & ubique æqualis est, etiam in dissi-
milibus sibi ipsi dissimilis non est. *Atque ergo omnia
respicit, & que cuncta disponit, qui in omnibus lo-
cis præfens, nec localiter tenetur, nec varia curan-
do variatur. Si autem celos, sanctos prædicatores
accipimus, Propheta attestante, qui ait: *Celi enar- ps.18.4
rant gloriam Dei;* postquam per sonum oris adven-
tus Spiritus sancti designatur, recte subjungitur:
[*Subter omnes celos ipse considerat, & lumen illius
super terminos terra.*] Sunt namque nonnulli, qui
cum mira Apostolorum opera audiunt, quod ac-
cepto Spiritu sancto mortuos verbo sufficiant, ab
oblessis demona pellerent, umbrâ infirmitates
amoverent, ventura quaque prophetando prædi-
cerent, & unigenitum Verbum Dei, omnium gen-
tium loquentes linguâ prædicarent: quia has virtu-
tes nunc in Ecclesia non vident, subtrahunt jam
ab Ecclesia supernam gratiam suspicantur, nescien-
tes penfare quod scriptum est: *Adjutor in opportu- ps.9.4
nitatibus, in tribulacione.* Tunc quippe sancta Ec-
clesia miraculorum adjutoris indigit, cum eam
tribulatio persecutionis pressit. Nam postquam su-
perbiam infidelitatis edomuit, non jam virtutum
signa, sed sola merita operum requirit, quamvis &
illi per multos cum opportunitas exigit, ostendat.
Scriptum quippe est: *Lingua in signum sunt non fi-
delibus, sed infidelibus.* Ubi ergo omnes fideles
sunt, que causa exigit ut signa monstrentur? Un-
de ciuitate fortasse fasiscamus, si quid de ipsa Apo-
stolica dispensatione memoremus. Paulus namque
egregius prædicator Melitem veniens, & plenam
infidelibus insulam sciens, patrem Publij dysente-
ria febribusque vexatum, orando salvavit, & ta-
men agrotani Timotheo præcepit, dicens: *Mo. 1. Tim.
dico vino utere, propter stomachum tuum, & fre- 5.4
quentes tuas infirmitates.* Quid est Paule, quod
agrum infidelem orando ad salutem revocas, &
tantum adjutorem Evangelij more medici per ali-
menta curas; nisi quid idcirco sunt exteriora mi-
racula, ut mentes hominum ad interiora perducantur?
D d d*

tur: quatenus per hoc quod mirum visibiliter ostendit, ea quae admirabiliora sunt invisibilia credantur? Signo quippe virtutis pater Publius sanandus fuerat, ut mente revivisceret, dum miraculo ad salutem rediret. Timotheo autem adhibendum foris miraculum non erat, quia jam totus intus vivebat. Quid est ergo mirum si propagata fide, crebro miracula non sunt, quando hac ipsi quoque Apostoli in quibusdam iam fidelibus non fecerunt? Elevatis ergo celis, Dominus inferiora considerat: quia & ablatis summis predictoribus, incessanter etiam infinita nostra infirmitatis curat. Et quasi subter caelos lumen illius, terrae terminos respicit; quia post sublimem vitam precedentium, etiam peccatorum mores actusque gratiae sua illustratione comprehendit. Qui eti⁹ virtutum signa sunt per vitam fideliūm crebro non exerit, ab eisdem tamen fidelibus per virtutem operum numquam recedit. Potest etiam lumen illius super terminos terrae ita intelligi, quid⁹ predicatione superna gratiae dum gentes ad fidem colligit, intra semetipsum mundi limites clausit. Vel certe termini terrae, sunt finis hominum peccatorum. Et sepe contingit, ut plerique Deum deserant, & vita sua tempora in desideriis carnalibus expendant: sed tamen superna gratia respecti in extremis suis ad Deum redeunt, quae sint iudicia externa cognoscunt, cunctaque quae se perverse egisti meminerint, flentibus puniunt, arque hac vere se insequi rectis operibus ostendunt. Quibus sub sequente justitia profecto totum dimititur, quod ante deliquerunt. Hinc enim per prophetias spiritum Anna dicit: *Dominus judicabit fines terrae:*

Exod. 12. b. Per asinum quippe immunditia, per ovem vero innocentia designatur. Asini ergo primogenita ove mutare, est immunda vita primordia in innocentia simplicitatem convertere: ut postquam illa peccator egit, quae ut immunda Dominus respuit, ea jam agendo proferat, quae Dei sacrificio imponat. Quia ergo post prava opera peccator convertitur, & ab actionum suarum tenebris juxta finem aliquando revocatur, recte nunc dicitur: [*Et lumen illius super terminos terrae.*] Sed gravis lucu⁹ afficit eadem gratia, quae post facinora mentem replet. Nam male gesta ad memoriam reducit, sibique hominem quam sit justè damnandus ostendit. Unde sit, ut peccatum omne quod se egisse reminiscitur, quotidianis flentibus infrequatur: & quod magis valeret jam quod justum est cernere, eodem ardenti⁹ appetit in justum se gemitus punire. Unde apte subjungitur.

Quod cum mentem hominis Deus ingreditur, continuo penitentia gemitus sequatur.

CAPUT XII.

Poſt eum rugiet sonitus] Quem enim Dominus illustrando repleverit, ejus vitam proculdubio in lamentum vertit; atque illuminata menti quod magis eterna supplicia insinuat, eō hanc durius de E transacta nequitia gemitus fatigat; & doler homo quod fuit, quia bonum jam incipit videre, quod non fuit: odit quem se fuisse meminit, amat quem se esse debuisse cognoscit, & solam jam penitentiae amaritudinem diligit; quia caritate considerat in quantis voluptatibus sua delectatione peccavit. Bene ergo dicitur: [*Poſt eum rugiet sonitus;*] quia cum mentem Deus ingreditur, constat proculdubio quid⁹ mox penitentia gemitus sequatur, ut ei jam salubriter flere libeat. quia prius de iniquitatibus flenda jucunditate gaudebat. Sed quid⁹ uberioris culpa fletur, eō altius cognitionis veritatis attri-

A git: quia ad videndum internum lumen polluta dudum conscientia lacrymis baptizata renovatur. Unde post penitentia rugitum aperte subjungitur.

Quod actionem Spiritus sancti, sive effectum eius, nemo ad plenum investigat, cum eadem actio per eundem Spiritum ordinata, aliis in resurrectionem, aliis in nyminam.

CAPUT XIII.

Tonabit voce magnitudinis sue] Voce enim magnitudinis sua Deus tonat, cum se nobis bene jam per lamenta preparatis, quam sit magnus insuperis insinuat. Quasi enim de caelo tonitus procedit, cum nos incuria negligentiaque torpentes, respectus gratiae pavore subito percutit, atque in terra positi, sonum de superioribus audimus; quia terrena cogitantes, superni terroris sententiam repente pertimunt, & mens bene jam de summis sollicita trepidat, quae prius in infimis malè secura torpebat. Sed istius vitationis occulte quibus modis se nobis insinuat terror, ignoratur: neque ipsius acie comprehenditur, cuius ad melius intentio commutatur. Unde apte subjungitur: [*Et non investigabitur, cum auditā fuerit vox ejus*] Vox Domini auditur, cum gratiae ejus aspiratio mente concipitur, cum insensibilitas occulte surditatis rumpitur, & cor ad studium summi amoris excitatum, virtus intimæ clamore penetratur. Sed istam vocem supervenientis Spiritus, qua se in aures cordis insinuat, nec ipsa mens quae per hanc illustrata fuerit, investigat. Pensare enim non valet, invisibilis virtus quibus sibi meatibus inflatur, quibus ad se modis veniat, quibus recedat. Unde & bene per Joannem dicitur: *Spiritus ubi vult spirat;* & vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, & quō vadat. *Iom. 3. b.* Vocem enim spiritus audire, est vi compunctionis intimæ in amorem invisibilis conditoris afflurgere. Sed nemo scit unde veniat: quia ignoratur per ora praedicantium, quibus se ad nos occasionibus fundat. Et nemo scit quo vadat: quia cum unam predicationem multi audiunt, intelligi proculdubio non potest quem deserens abiciat, aut cuius ingrediens in corde requiescat. Una quipperes foris agitur, sed non per hanc uno modo intuitum corda penetrantur: quia qui invisibiliter visibilia modificat, in humanis cordibus caſaurum semina incomprehensibiliter plantat. Hinc est quid⁹ resuscitato Lazaro multi crediderunt, sed tamen Iudeorum plurimi ad persecutionis zelum ex hac ipsa resuscitatione comoti sunt. Unum ergo idemque miraculum, quod alii lumen fidei praebeunt, alios per invidiam tenebras à lumine mentis excavat. Hinc est quid⁹ uterique latro & camdem, & sua morti similem mortem Redemptoris vidit: sed eum superbiendo alter contumelias laceſſe non timuit, quem timendo alter hororavit; atque in una re utriusque cogitatio non fuit, quia hanc internus arbiter invisibiliter modificando distinxit. Sed hi occulte aspirationis modi, quia comprehendendi nostra cogitatione nequeunt, nimur divina vocis vestigia nesciuntur. Bene ergo dicitur: [*Et non investigabitur, cum auditā fuerit vox ejus.*] Unde & adhuc subjungitur: [*Tonabit Deus voce sua mirabiliter.*] Voce sua Deus mirabiliter tonat, quia occulta vi corda nostra incomprehensibiliter penetrat. Quia dum latentibus motibus premitt in timore, & formam in amore, quanto ardore sequendus fit aliquo modo silenter clamat, & fit cuiusdam impulsione nimetas in mente, cum nihil sonet in voce. Quae tantè apud nos valentius perstrepit, quandem & ab omni exteriori strepitu aurem nostri surdescere cordis facit. Unde & anima ad semetipsum mox hoc intimo clamore collecta

miratur, quod audit; quia vim compunctionis incognitae percipit. Cuius ipsa admiratio bene apud Moysem manna defuper veniente signatur. Dulcis enim cibus, qui de supernis accipitur, manu vocatur. Manu enim dicitur, *Quid est hoc?* Et quid est hoc dicimus, quando hoc quod cernimus, nescientes admiramur. Supernum igitur manna anima percipit, cum per vocem compunctionis elevata, novam speciem interna refectionis obstupescit, ut divina dulcedine repleta, jure respondeat, *Quid est hoc?* quia dum ab insima cogitatione suspenditur, ea que de supernis conficit, insolite miratur. Et quia cum hac voce corporis nostri surditas rumpitur, vetustæ vita protinus usus mutatur, ut anima superno spiritu afflata, & in summis appetat quæ contemplatur, & contemnat in infinitis, quæ appetebat, recte subiungitur: [*Qui facit magna & inscrutabilia.*] Ut enim homo terrenis usibus deditus, iniquis desideriis pressus subito ad nova efferveat, atque ad consueta frigescat, exterioribus curis renunciet, in internis contemplationibus anhelet, quis hanc virtutem superna vocis considerare sufficiat? quis considerando comprehendat? Magna sunt qua per vocem suam Dominus facit, sed minus magna essent si perfecratur potuerint. [*Facit ergo magna & inscrutabilia;*] quia ostendit foris perfectionem operis, sed latet intus ipsa qualitas operationis. Voce sua foris etiam per Apostolos infonat, sed corda audientium per seipsum interius illustrat, Paulo attestate qui ait: *Ego plantavi, Apollo rigavit; Deus autem incrementum dedit. Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Quamvis ergo nostris mentibus superna vocis auditum non ipsi praebant, missi tamen sunt, ut verbis nobis exterioribus condescendant. Unde apte subiungitur.

Quod viri contemplativi, quorum conversatio in celis est, infirmis fratribus condescendunt, & in eorum amore liquefunt, irrigantes arida corda eorum, ut & ipsi fructificant Deo.

CAPUT XIV.

Qui precipit nivi ut descendat in terram, & hiemis pluviis, & imbris fortitudinis sua.] **P**ropterea. **b** Quia Psalmista ait: *Lazabis me, & super nivem dealabor;* quid hoc loco nivem, nisi per lucem infra c. justitiae candida accipimus corda sanctorum? **Aqua** in his autem ductæ in superioribus constipantur, ut nives tibi. fiant. Sed cum haec ipsæ nives ad terram veniunt, in aquarum iterum liquorem vertuntur. Aquæ igitur sunt prædicatorum mentes: quæ dum ad contemplanda superna se erigunt, altiori intellectu solidantur. Cumque in summa consideratione rapiuntur, virtutem confirmationis accipiunt. Sed quia adhuc in terris fraterna dilectione retainentur, semetipsas ab alto intellectu modificant, & infirmis humiliter prædicantes, more nivium corda aarentia liquantur. Nives ergo ad terram de cælestibus veniunt, cum sublimia corda sanctorum quæ jam solida contemplatione pascuntur, pro fraterna charitate ad humilia prædicationis verba descendunt. Sicut enim nix terram cum jacet operit, cum vero liquatur, rigat: ita sanctorum virtus & per firmata ten suam apud Deum vitam peccatorum protegit, & per condescensionem suam quasi liquefacta arenam terram ut fructus proferat, infundit. Et quia aqua prius ab infirmis trahitur, ut post a superioribus sparsa reddatur: sancti quique etiam cum in virtutum aree consistunt, unde elevati sunt considerant, ne aliena infirmitatis abjecta contemnant. Quasi ergo aquæ ad terras, de quibus sublevatae sunt, redeunt, dum condescendentes iuli peccatoribus, reminisci non desinunt quod fuerunt. **S. Greg. Tom. I.**

ACerte aqua in terris adhuc Paulus fuerat, cum le gem carnaliter sapiebat: sed ductus ad cælestia, in nivem versus est; quia quod prius infirmum lapuit, ad soliditatem vera intelligentia commutavit; & tamen condescendens fratribus, quasi nix ima repetit; quia & post virtutum culmina, quam fuerit indignum agnoscit, dicens: *Qui prins fui blasphemus & persecutor, &c.* Ecce quam clementer sua ^{1. Tim.} imbecillitatis reminiscitur, ut aliorum æquanimiter infirma patiatur. Quasi enim ad terram de qua sumpta fuerat, post cælum aqua rediit, dum post tanta sua contemplationis arcana peccatorum se Paulus meminit, ut prodesse humiliter peccatori bus possit. Videamus itaque, aqua hec in nivis soliditatem vertenda, qualiter trahatur ad summa, ait: *Sive mente excedamus, Deo.* Videamus quæliter ad ima nix redeat, ut dum liquatur, infundat, ait: *Sive sobrij sumus, vobis.* Videamus qua ibid. manu ducitur, ut & jacens elevari valeat, & sublevata revocari, ait: *Charitas enim Christi urget nos.* Quia igitur charitas Christi, quæ sanctorum mentes ad superna sublevat, eas pio moderamine pro fraterna dilectione etiam ad humilitatem condescensionis format, recte dicitur: [*Quæ precipit nivi ut descendat in terram.*] Ubi & apte subiungitur: [*Et hiems pluviis, & imbris fortitudinis sua.*] Hiems quippe est vita præfens, in qua nos etiæ jam spes ad superna erigit, adhuc tamen mortalitatis nostræ frigidus torpor adstringit; quia scriptum est: *Corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem.*

Cap. 9. a. Habet autem hec hiems pluviias, rectorum proculdubio predicationes. De quibus videlicet pluviis per Moysem dicitur: *Expectetur sicut pluvia eloquium meum, & descendant sicut ros verba mea.* ^d Hæc nimur pluviæ hiemi congruunt, etsi cessabunt: quia cum nunc carnarium oculis vita cœlestis absconditur, necesse est ut sanctorum nobis prædicationibus irroretur. Cum vero æterni judicij etsi inceduerit, nullus verba prædicantium necessaria tunc habebit: quia veniente judge, ad cor suum quique reducitur, ut sancta jam cum agere non valeret, sentiat: & rectum quod sequi debuit, ex tortitudinis sua poena cognoscat. Unde bene per Prophetam dicitur: *Congrega eos quasi gregem ad Hierusalem, & sanctifica eos in die occisionis.* In die ^{11.} enim occisionis sanctificantur reprobi; quia tunc sancta quæ debuerunt agere, sentiunt, cum digna pravitatis sua supplicia jam declinare non possunt. Quia autem predicationes sanctæ cum vita præfensi, id est, pluviæ cum hieme cessabunt, recte exculti animæ, atque ad æternæ felicitatis cœlia properanti, sponsi voce suadentis dicitur: *Surge, prope amica mea, formosa mea, & veni: jam enim hiems transiit, imber abiit & recessit.* Transeunte quippe hieme, imber recedit: quia cum vita præfens peragitur, in qua nos ignorantiæ nubilo, carnis corruptibilis torpor astrinxerat, omne ministerium prædicationis cessat. Clarius quippe per nos tunc videbimus hoc, quod sanctorum vocibus nunc obfcurius audimus. Præcipit igitur Dominus nivi, & hiemis pluviis, E ut in terram descendant, dum aspiratione sancti Spiritus pro corrugandis peccatoribus corda sanctorum ad ministerium prædicationis humiliat. Ubi recte additur,

Quod alia sit predicatione infirmitate humanitatis, alia de fortitudine divinitatis.

CAPUT XV.

ET imbris fortitudinis sua.] Imbet quippe fortitudinis Dei; est prædictio divinitatis. Nam imber infirmitatis, est prædictio ejus incarnationis, de qua per Paulum dicitur: *Quod infirmus est Deus,* ^a ^b ^c ^d ^e ^f ^g ^h ⁱ ^j ^k ^l ^m ⁿ ^o ^p ^q ^r ^s ^t ^u ^v ^w ^x ^y ^z ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc} ^{dd} ^{ee} ^{ff} ^{gg} ^{hh} ⁱⁱ ^{jj} ^{kk} ^{ll} ^{mm} ⁿⁿ ^{oo} ^{pp} ^{qq} ^{rr} ^{ss} ^{tt} ^{uu} ^{vv} ^{ww} ^{xx} ^{yy} ^{zz} ^{aa} ^{bb} ^{cc</}

^{2. Cor. 13. b} fortius est hominibus. Et rursum: *Si crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei.* Sic autem sancti viri humanitatis ejus infirma praedican, ut auditorum suorum cordibus etiam divinitatis fortia infundant. Audiamus per tonitruum nubis, imbre fortitudinis: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Audiamus etiam imbre infirmitatis: *Verbum caro factum est, & habitat in nobis.* Audiamus imbre fortitudinis: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* *Quod factum est, in ipso vita erat.* Audiamus etiam imbre infirmitatis: *In propria venit, & sui cum non receperunt.* Imbri ergo fortitudinis sue praecepit ut in terram descendat: quia sanctorum suorum vocibus sic nobis humanitatis sue infirma praedicat, ut nobis etiam mira & fortia sue divinitatis innotescat. Sed cum virtutem nostri conditoris audimus, statim ad corda nostra fortitudine compellente reducimur, & tantum super nos judicem perpendentes, quae dignæ, quæ egimus indignæ, pensamus. Unde & bene sub-jungitur.

Quod naturali ratione, que est lex mentis, & legi predicationis, homini Deus quid agat, & quid mereatur, insinuat.

CAPUT XVI.

Quia in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua.] Mala enim quæ agunt homines, pensare contemnunt. Sed cum virtutem supernæ distictionis audiunt, pravorum operum hoc quod se deprimit, pondus agnoscunt. Praedicationis quippe verbis pulsati evigilant, ut pensent ad quæ supplicia sese antiqua actionis meritum trahat. Dum ergo imber fortitudinis in terram descendit, in manu uniuscujusque signatur, ut sua opera faciat: quia dum virtus incomprehensibilis majestatis agnoscerit, ab unoquoque subtilius sua vita pensatur. Quod tamen intelligi & aliter potest. Creator namque omnipotens à cunctis insensibilibus irrationalibusque distinctione rationabilem creaturam hominem condidit; quatenus quod egerit, ignorare non possit. Natura enim lege scire compellitur, seu pravum sive rectum si quod operatur. Nam ad iudicium pro actione cur venit, si potuerit nescire quod egit? Et ipsi ergo qui præceptis Dominicis eruditri contemnunt, utrum bona an mala sint quæ faciunt, sciunt. Nam si bona se facere nesciunt, cur de aliquibus factis in ostentatione gloriantur? Rursum si mala se agere ignorant, cui in eisdem factis alienos oculos declinant? Ipsi enim sibi testes sunt: quia sciunt malum esse quod agunt, quod videri ab aliis verentur. Si enim veraciter malum esse non crederent, nequaquam hoc ab aliis videri formidarent. Unde & bene per quemdam sapientem dicitur: *Cum sit timida nequitia, dat testimonium condemnationi:* quia dum de facto suo conscientiam pulsans timor redarguit, ipsa sibi testimonium perhibet damnabile esse quod agit. Quod contra per Joannem dicitur: *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum.* Fugiant ergo iniqui humanos oculos, semeripso certè fugere non possunt. Quia enim malum quod faciunt, noverunt, habent testem conscientiam, habent iudicem rationem suam. In peccato igitur quod committunt, prius contra se iudicium sue rationis inveniunt, & post ad distictionem æterni examinis perducuntur. Et hoc est fortasse quod per Psalmistam dicitur: *Abyssus abyssum invocat in voce catastropharum tuarum:* quia dum miro ordine dispositionis occulte malum non permittitur nesciri quod agitur, & suo se jam iudicio peccator in conscientia condemnat, & post condemnationem propriam

^A ad æterni judicis sententiam properat. Abyssum ergo abyssum invocare, est de iudicio ad iudicium pervenire. Eant ergo prædicatores sancti, redarguant facta peccantium, auditores autem pravi contemnent verba justorum, defendant quantum voluerint pravitates suas, atque impudentes gestas, impudentius defendendo multiplicent; certè ipsi fibi in conscientia testes sunt, quia excusabiles non sunt. **B** Eo enim ipso quo rationabilem creaturam Deus hominem condidit, in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua. Sed quia Eliu de pravitate singulorum sententiam protulit, illico ad ipsum pravitatis auctorem, per quem unumquodque malum oboritur, mentis oculos deflectit: ut quia uno hoc versu pravi capitum membra perstrinxerat, etiam hoc ipsum membrorum caput sub brevitate describat. Vel certè, quia superioris nubium Dei virtutes intulerat, agit nunc ut contra bonorum vitam adversarij impugnationes innotescat. Nam sequitur.

Quod in reproborum cordibus diabolus quasi in antro suo lateat.

CAPUT XVII.

In predictetur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur.] Quis alius nomine bestiae, nisi antiquus hostis accipitur, qui deceptionem primi hominis levius impetiit, & integratem vitæ illius male suadendo laniavit? Contra quem Propheta vocibus de sancta electorum Ecclesia in antiquum statum restauranda promittitur: *Etsi mala bestia non transfigit per eam.* Sed hæc bestia cum post Redemptoris adventum, post prædicatorum voces, quasi post tonitruum nubium in fine mundi illum damnatum hominem, qui Antichristus vocatur, invaserit: quid aliud quam latibulum suum ingreditur, ut in antro proprio demoretur? *Vas* quippe illud diaboli, antrum ac latibulum bestie est, ut insidians hominibus viam hujus vitæ carpentibus, in illo & per signa lateat, & per malitiam occidat. Qui tamen omnium reproborum corda etiam nunc priusquam apertus appareat, possidet: eaque per occultam malitiam quasi proprium antrum tenet, atque ad omne quod nocere bonis appetit, in eorum se obscuris mentibus abscondit. An Judæorum consequentium corda, antrum hujus bestie non fuerunt, in quorum diu consiliis latuit, sed repente vocibus erupit clamantium: *Crucifige, crucifige!* Et ^{10an. 19.} quia ad lacerationem mentis pertingere tentando non potuit in Redemptore nostro, ad mortem carnis anhelavit. Hæc nimur bestia multa electorum ⁴ corda tenuit, sed hanc ab illis moriens Agnus excusit. Unde & in Evangelio dicit: *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.* Qui miro rectoque iudicio dum confessiones humilium illuminans suscepit, superborum oculos descerens clausit. Unde ei per Psalmistam dicitur: *Ponit tenebras, & facta est nox, in ipsa petrificantur omnes bestie silvarum: catuli leonum rugientes ut rapiant, & quarant à Deo eam sibi.* Tenebras quippe Dominus ponit, cum peccati iudicia rependens, lumen sue intelligentia subtrahit. Et nox efficitur: quia pravorum mens ignorantia sua erroribus cæcatur. In qua omnes bestie silva petrificantur, dum maligni spiritus sub opacitate fraudis latentes, in reproborum corda, pravitates suas explendo, percurrunt. In qua & catuli leonum rugiunt: quia nequissimorum, sed tamen eminentium portæstatum ministri spiritus importunis tentationibus insurgunt. Qui tamen à Deo escam expetunt: quia nimur capere animas nequeunt, nisi iusto iudicio prævalere divinitus permittantur. Ubi & aptè subiungitur: *Oris est sol, ibid. & congregati sunt, & in cubilibus suis se colloca-*

*verunt: quia veritatis lumine per carnem apparente, à fidelium mentibus excusci, quasi ad cubilia sua reversi sunt, dum sola infidelium corda tenerunt. Quod igitur illic leonum cubile, hic antrum bestiae dicitur. Notandum verò magnopere cestimo, quod bestia hæc non solum antrum suum ingredi, sed in eo etiam morari prohibetur. Aliquando namque etiam bonorum mentes ingreditur, illicita suggerit, tentationibus fatigat, rectitudinem spiritus ad delectationem carnis defectere conatur, delectationem quoque ad confusum perdere nitorit: sed tamen resistente superno adjutorio prevalere prohibetur. Intrare ergo in mentes bonorum potest, sed in eis morari non potest: quia eos justi hujus bestie antrum non est. Quos enim quasi proprium antrum possidet, eorum mentes proculdubio immorans tenet: quia & prius in eis cogitationes usque ad iniqua desideria, & post iniqua desideria usque ad nequissima opera perducit. Neque enim student reprobi suggestiones ejus recta iudicij manu repellere, cuius voluptatibus appetunt subdita delectatione servire. Cumque in eorum cordibus pravum quid oritur, mox per studium delectationis enutritur: & cum sibi minimè resistitur, protinus ex consensu roboratur, statimque consensu ad opus perducitur, opus verò etiam consuetudine gravatur. Restè ergo in antro suo morari hæc bestia dicitur, qua tam diu cogitationes reproborum tenet, quoque eorum vitam etiam aculeo pravi operis perforat. Unde bene ad Judæam Dominus per Prophetam dicit: *Quoniamque morabuntur in te cogitationes noxiae?* Neque enim reprehendit, cur veniant, sed cur morentur. Et in bonis enim cordibus cogitationes illicitæ vieniunt, sed tamen morari prohibentur: quia recti quique ne captivandam domum conscientia præbeant, ab ipso cordis lumine hostem fugant. Qui & si quando repentinis suggestionibus ulque ad primum vestibulum subripuerit, ad confessus tamen januam non pertingit. Huic nimurum bestie impulsu subita formidinis vietus, januam cordis Petrus negando aperuit, sed citius cognoscendo restitit, flendo clausit. Quia verò antiquis hostis persecutorum corda non solum intrando tenit, sed etiam tenendo possedit, dicatur restè: [*Ingedietur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur.*] Quantum namque in Judæorum mentibus demorata sit discimus, cùm illorum consilia attestatione Evangelicæ narrationis audimus. In illa namque describitur, cùm Redemptorem nostrum vivificare mortuos cernerent, in mortem ejus quantum anxietate crudelitatis insanirent, quot explore contra illum prava desideria ardenter vellet, sed tamen populum timerent: quot occasions occidenti quærerent, & invente non possent: quot ad votum sue fævitiae alienigenarum manibus usi sunt: quia cum quem legaliter interimeret ipsi non poterant, ferendum gentibus tradiderunt, ut ex sola potestate Romanus præses ageret, quod ex sola malitia ut agi debuisset, ipsi anhelarent. Unde & aptè subiungitur.*

Quod Christus Iudeis, qui zelo legis fervore videbantur, scandalum fuit; Gentibus vero infidelitatibus frigore torpenibus futilitas.

CAPUT XVIII.

A *B interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus.]* Scriptura sacra cùm contra Arcturum interiora memorat, diversam Aquilonis partibus Austri plagam designat. Unde in hoc cōdem libro scribitur: *Qui facit Arcturum, & Ori-*

nas, & interiora Austri. Quia igitur interiora Austri sol ferventior tenet, in Arcturo verò cursum omnimodo non habet: interiorum nomine plebs Judaica, Arcturi autem vocabulo, hoc in loco populus Gentilis exprimitur. Hi enim qui unum atque invisibilem Deum noverant, ejusdemque legi faltem carnaliter serviebant, quasi sub meridiano sole ferventes in fidei calore tenebantur. Gentiles autem quia nullam scientiam superna cognitionis attigerant, velut sine sole frigidū sub Aquilone remanebant. Quia verò tempestas impellit, frigus autem corpore opprimit, rectè nunc dicitur: [*Ab interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus.*] Ac si aperte diceretur: A Judæis surgit malitia persequens, & à Gentilibus potestas premens. Neque enim miracula fieri legis præcepta veterabant, & tamen Judæi pro cīdēt miraculis interimerre humani generis Redemptorem quærebant. Unde explere hoc quod ceperant, non valentes, ad Pilati prætorium concurrerunt, ut ipse hunc perimeret, fī quem iustè perimere lex nulla cohiberet. Ab interioribus ergo tempestas, atque ab Arcturo frigus prodit, dum quod Judæa ex invidia petuit, hoc Gentilis iudex ex Romana auctoritate perpetravit. Unde bene contra hanc eamdem invidiam adhuc subditur: [*Flante Deo concrescit gelu.*] Quia quod fidelium cordibus Spiritus sanctus aspiravit, quod majora virtutum miracula contulit, eò infidelium mentibus gravioribus invidia torpor excrevit, atque inde contra Deum plebs infidelis obduruit, unde humilis populus anteactam duritiam, quæ astrinxerat, emollivit. Deo enim flante in gelu versi fuerant, qui vīs miracula invidentes dicebant: *Ecco totus mundus post eum abiit.* Conspiciebant signa, cernebant per ministros ejus miracula, totum jam mundum securum fidei prædicatione prævidebant: & tamen quod sanctus Spiritus *Sap. 1.6* mundum repleverat, eò illorum mentes arctius invidia malitia ligabat. Aqua ergo in gelu vera fuit, dum eunte post Deum mundo, Judæa in invidia pigra remanebat. Sed quia supernæ potestati suscepit, etiam tanta crudelitatis duritiam solvere, atque ad amandum se corda infidelium liqueare, post hoc gelu mox bene subditur: [*Et rursum latissima funduntur aquæ.*] Post gelu quippe Dominus latissimas aquas fudit: quia postquam Judeorum fætiātū usque ad mortem pertulit, eorum corda proutus ab infidelitatis duritiae amoris sui aspiratione liquefecit; ut tantò post desiderabilius ad obediendum current, quanto præceptis illius prius obstinatus restitissent. Unde bene per quendam sapientem dicitur: *Sicut glacies in sereno, sic re-solventur peccata tua.* Ab hoc frigidi torporis gelu solvi Propheta desideraverat, cùm dicebat: *Converte Domine captivitatem nostram, sicut torrens in Austrō.* De his aquis, id est, ad Deum concurrentibus populis, rursum dicitur: *Mittet verbum suum, & liquefaciet ea, slabit spiritus ejus, & fluent aquæ.* Aquæ de gelu currunt: quia plerique ex duris persecutoribus magis prædictores sunt. Gelu igitur in aqua liquatur, cùm corpori interni frigoris ad irrigationem vertitur prædicationis. An Paulus gelu non erat, qui acceptis epistolis Damascum pergens, in corde fidelium quasi in terra stata verbi Dei semina, ne ad perfectionem operum surgerent, restringere quærebat: Sed gelu hoc in aquam rediit: quia quos persequendo prius premere studebat, hos postmodum fluentis sanctæ exhortationis infudit; ut tantò uberior electorum mæsis exurget, quanto hanc imber Dei etiam ab ore persecutoris irrigaret. Unde & bene subditur.

D d iii

*Quod missis Ecclesiastica operarios desiderat, quorum
complutum doctrina, & exemplis proficiat.*

CAPUT XIX.

Frumentum desiderat nubes. **I** Quid enim electi
quique sunt, nisi frumenta Dei caelestibus hor-
reis recondenda? Quae nunc in triturata area paleas
tolerant: quia in hac purgatione sanctæ Ecclesiæ,
mores contrarios reproborum portant, quounque
hanc internus agricultura ventilabro judicii dirimat,
& in superna habitacula electos suos, quasi munda
jam grana suscipiens, aternis paleas ignibus tradat.

Matt. 3. Unde bene per Joannem dicitur: *Cujus ventilabrum
in manu sua, & permundabit aream suam, & congre-
gabit triticum in horreum suum, paleas autem com-
buret igni inextinguibili. Sed hoc frumentum quo-
usque ad perfectionem fructuum veniat, nubium
pluvias expectat, ut crescatur: quia bonorum mens
prædicantium verbis infunditur, ne ab humore
charitatis desideriorum carnalium sole fuscetur. Hoc
frumentum supernus agricola in mundo surgere, ac
nubes desiderare confixerat, cum dicebat: *Messis
quidem multa, operarii autem pauci. Rogate autem
Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.**

Qui igitur hic frumentum, illie messis, qui vero
hic nubes, illic operarii vocantur: quia prædicatori-
es sancti & nubes sunt, & operarii; nubes videlicet
per doctrinam, operarii per vitam: nubes quia
verbis influunt, operarii quia non desinunt agere
quod loquuntur. Unde & subditur: [*Et nubes spar-
gent lumen suum.*] Nubes enim lumen spargere, est
prædicatores sanctos exempla vita & loquendo &
agendo dilatare. Sed quamvis annunciationis inti-
ma lumen spargant, non tamen ad convertenda
omnium quæ appetunt corda pervenient. Nam se-
quitur: [*Qui lustrant cuncta per circuitum, quocum-
que eas voluntas gubernantis duxerit.*] Sepe enim
prædicatores sancti exhortari quosdam volunt, sed
nequeunt. Sepe quosdam declinare appetunt, sed
tamen internæ infigationis impulsu exhortari eos
instantissime compelluntur. Videamus nubem Dei
quomodo gubernantis manu & ad ea quæ non ap-
petit, ducitur, atque ab impulsu suo iterum gubernan-
tis manu retinetur. Certe Paulus cum vestimenta
sua excutientes à Corinthiis discedere vellet, audivit:

Ad. 18. *Noli timere, sed loquere, & ne caceas, propter quod
ego tecum sum, & nemo apponetur tibi ut noceat te,
quoniam nullus est mihi populus in hac civitate. Rut-
sum cum ad Thessalonicenses voluerit ire, retentus
est, dicens: *Volvi venire ad vos ego quidem Paulus,
& semel & iterum, sed impeditiv me satanas. Neque
enim per semetipsum satan prepedire tanti Apostoli
vias potuit, sed occulte dispensatio eius uibus, dum
adversatur, nesciens defervit; ut nimis Paulus
dum ad alios veller accedere, nec valerer, eis, à
quibus recedere non poterat, aptius prodebet. Nu-
bes igitur Dei cuncta per circuitum lustrant; quia
prædicationis luce mundi sines illuminant. Sed quia
divinis nutibus subditæ nequeunt explorare quod vo-
lunt, ire non possunt, nisi quæ eas voluntas gubernan-
tis duxerit. Unde & adhuc subjungitur: [*Ad
omne quod præcepit eis super faciem orbis terre.*]
Sepe enim cum gubernantis voluntate perdicuntur,
aliter agere appetunt, sed aliter disponuntur. Nam
plerumque quosdam auditores suos student blandè
corriger, & tamen eorum sermo in asperitatem
ducitur. Plerumque quosdam resarcere asperè appen-
tunt, sed tamen eorum rigor per mansuetudinis
spiritum refranatur. Sicut ergo non possunt ire quod
volunt, ita etiam nequeunt agere sicut volunt. **Quia**
enim eos internus arbitri tenet cum mittit, ita illos
etiam modificans suscipit cum perdicunt, ut aliquando
in cogitatione alia disponant, sed alia in opere per-
agent, aliquando aliter inchoent, sed aliter consum-
ment. **Quia** igitur juxta hoc quod sibi præcipitur ser-**

A viunt, dicatur rectè: *Quocumque eas voluntas gubernan-
tis duxerit, ad omne quod præcepit illis super fa-
ciem orbis terra.*] Eò enim apertiorem viam prædica-
tionis inveniunt, quod ad hanc non suis, sed præce-
ptoris sui nutibus ducentur. Unde adhuc subditur.

*Quod secundum gratiam Dei, verbum fidei ad omnes
peruenit, & profectus justitia neque volentis,
neque currentis, sed miserentis est Dei.*

CAPUT XX.

Sive in una tribu, sive in terra sua, sive in quocumque
loco misericordia sua eas iussit inveniri.] Una tribus profecto Juda intelligitur, quæ in Scrip-
tura sacra clara ac multiplex præ ceteris memoratur.
Quia in hoc, quod ex se Redemptoris nostri car-
nem protulit, speciale præ omnibus munus accep-
pit. Terra autem Dei, simul omnis Judæa nominatur.
Quia tunc ei fidei sua fructum protulit, cum
totus sub idolorum cultu delapsus Gentibus mundus erravit. Locus autem misericordiæ Dei est ipsa
Gentilitas, cuius culpas districtus judex si justè ani-
madverteret, ad reconciliationem gratiae numquam
veniret. Quia cum nulla apud Deum merita habuit,
reconciliationis tamen gratiam ex sola misericordia
acceptit. Unde bene per Paulum dicitur: *Gentes au-
tem super misericordia honorare Deum.* Unde rursus ^{Rom. 15.}
scriptum est: *Qui quondam non consecui misericor-
diæ, nunc autem misericordiam consecui.* Nubes ^{1. Pet. 2.}
ergo suas Deus ducit, sive in una tribu, sive in ter-
ra sua, seu in quocumque loco misericordiæ sua eas
iussit inveniri: quia prædicatores veteris novique
Testamenti aliquando soli tribui Judæ contulit, &
Iraël pene totum ex prava Regum gubernatione
reprobavit. Aliquando & in terra sua has pluere nu-
bes facit: quia eundem Iraëliticum populum ad
antiquam gratiam post correctionem captivitatem
que revocavit. Aliquando de loco sua misericordia
eas clarescere volit: quia per prædicatores sanctos
etiam Gentibus virtutum miracula ostendit, ut sola
misericordia à jugo erroris absolvoret, quos ini-
genitus perfida ira deprimebat. Sed ecce Eliu,
quia futura per propheticum spiritum sensit, quia
multa sublimiter protulit, vir arrogans elationis sua
pondere laus non valet portare quæ dicit. Nam
per jaçantiam protinus adjungit: [*Ausculta hec
Iob: sta, & considera miracula Dei.*] Quasi in com-
paratione sui jacentem vidit, quem ad verba tantæ
predicationis ut staret admonuit. Quamvis & per
hoc quod dicit, [*Ausculta;*] gravem beato Job
contumeliam irrogat: quia, sicut jam de illo & su-
periùs diximus, arrogantia minoris est, auditum si-
bi velle extorquere majoris. Sed licet Eliu bona
qua dicit, nesciat penarie cui dicat, nos qui erudi-
ti ab hominibus querimus, indagare verba doctri-
nae illius subtiliter debemus. Nam magna fortassis
virtutis arte dicitur: [*Sta, & considera miracula Dei.*]

E sunt nonnulli quippe, qui Dei miracula jacentes
considerant; quia operationis ejus potentiam non
sequentes admirantur. Stare quippe, est recta agere.
Unde & per Paulum dicitur: *Qui se existimat stare,* ^{1. Cor. 10.}
videat ne cadat. Et sepe quidem superna iudicia mi-
rantur, predicamenta caelestis patriæ cum audiunt
diligunt, mira opera interna dispositionis obliquef-
cunt: sed tamen amando & vivendo ad hæc eadem
opera assurgere negligunt. Jacentes ergo Dei
miracula considerant, qui ejus potentiam sciendo
penstant, sed vivendo non amant. Per contemplatio-
nem quidem in consideratione oculos tendunt, sed
tamen per intentionem scilicet à terra non erigunt. Un-
de bene in Balaam exhortatione dicitur: *Qui ca-
dens apertos habet oculos.* Multa namque de adventu
Redemptoris dixerat, & quæ in novissimis temporibus
erant ventura prævidebat, sed tamen ei vivendo
assurgere noluit, quem prævidendo prædicavit. ^{Num. 24. 6.} Ia-

cens ergo apertos oculos habuit, cum ejus mentem A & propria ad caelestia tenderet, & avaritia in terra retinere. Jacens apertos oculos habuit: quia cum videre de superioribus potuit, quem prostratus in infimis non amavit. Eliu itaque, qui beatum Job nequam credidit vivendo tenuisse quod dixit, quasi admonens dicit: [Sia, & considera miracula Dei.] Quem adhuc de venturis discutit, & quasi de ignorantia humilians adjungit.

Quod nisi predicatores loquendo prodant quales intus sunt, aut reliquis hominibus similes, aut longe despiciiores videantur.

CAPUT XXI.

Numquid scis quando præcepereit Deus pluviis, ut B slenderent lucem nubium ejus? Si nubes sancti predicatores sunt, pluvia nubium sunt verba prædicationis. Sed nubes cum per aëra transvolant, nisi pluvia deorsum veniant, nescitur quantum aquarum immensitatem portant. Nisi coruscus sol inter pluvias erumpat, intelligi non valeat quid in eis etiam claritas lateat: quia nimurum predicatores sancti si taceant, & nequam loquentes ostendant, quanta sit caelestis spei claritas, quam in cordibus gestant, aut reliquis hominibus similes, aut longe his despiciiores videntur. Cum autem aperire per prædicacionem coeperint quæ sit supernæ patriæ remuneratio, quam intrinsecus tenent; cum persecutione pressi, in qua virtutis arce proficerent, innotescunt; cum visione despœti, loquendo insinuant unde timeantur; ipse quæ de nubibus influant pluvias, lucem nobis earumdem nubium ostendunt. Per verba enim prædicatorum cognoscimus, ut in eis claritatem vitæ quam appetunt, cum magna humilitate veneremur. Hanc nimurum lucem Paulus

Ephesi. 1. discipuli ostendebat, cum diceret: Vt scias quæ sit spes vocationalis eius, quæ dicitur gloria hereditatis ejus in sanctis, & quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus. Hanc lucem Corinthii per scriptorum verba, quasi per pluviae guttas agnoverant, cum dicebant: Epistola gravis sunt & fortes, praesentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis. Sed plerumque prædicatores sancti ostendere semetipsos ut profini cupiunt, nec tamen possunt: plerumque latere, ut quieti sint, appetunt, D nec tamen permittuntur. Nemo igitur sciit quando supra c. 19. huius lib. lucem nubium pluvias ostendant: quia nemo comprehendit quando Deus virtutem prædicacionis præbeat, ut prædicantium gloria clarecat. Dicit ergo: [Numquid scis quando præcepereit Deus pluviis, ut ostenderent lucem nubium ejus?] Ac si aperire dicat: Numquid si venturos in mundo prædicatores jam conspicis, quando eos ad prædicandum Dominus repleione sancti Spiritus impellat, qui bulve modis eorum vita claritatem mundo innotescat, apprehendis? Unde adhuc aptè subjunctione.

Quod in doctrina Evangelica angustæ semitæ sunt regula continentia, & perfecta scientia sit, de profectu virtutum non in se, sed in Domino glorificari.

CAPUT XXII.

Numquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias? Habent istæ nubes semitas subtilissimas, scilicet sanctæ prædicationis vias. Angusta quippe porta est, quæ ducit ad vitam. Eos ergo per semitas astringunt, qui ab intentionis eorum tramite per lata mundi desideria evagando non excent. Arta enim bene vivendi censura, non est ampla via, sed semita, in qua prædictor quisque studiosè constringitur; quia sub præceptorum custodia sollicito coangustatur. An non quasi quadam angu-

stia est itineris, in hoc quidem mundo vivere, sed de hujus mundi concupiscentia nihil habere, aliena non appetere, propria non tenere, laudes mundi despicer, & pro Deo opprobria amare, gloriam fugere, despœcum sequi, adulantes despicer, despicientes honorare, mala nocentium ex corde dimittere, & erga eos dilectionis gratiam immobilem in corde retinere? Quæ videlicet omnia semita sunt, sed magna: quia quanto in præsenti vita pro ipsa vivendi custodia angusta sunt, tanto amplius in æterna retributione dilatantur. Unde & bene subditur: [Et perfectas scientias.] Perfecta quippe scientia est, & cuncta hæc sollicitè agere, & se de suis meritis scire nihil esse. Unde & ipsæ nubes de hac perfecta scientia docentur, cum eis voce Veritatis dicitur: Cum feceris omnia quæ præcepta sunt *Lac. 17.* vobis, dicite: Servi inuitiles sumus. Perfecta scientia est scire omnia, & tamen juxta quendam modum scientem se esse nescire: quia eis jam Dei præcepta novimus, eis jam virtutem verborum illius sollicita intentione pensamus, eis jam quæ intellexisse nos credimus, agimus: adhuc tamen acta eadem quæ distictione examinis sunt dilucidanda nescimus, ne cum Dei faciem cernimus, ne cum occulta ejus consilia videmus. Quanta ergo est nostra scientia, quæ quoisque mortalitatis pondere premuntur, ipso sua incertitudini nubilo cæcatur? De qua bene per *Pau. 1. Cor. 8.* lum dicitur: Qui se existimat sciore aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire. In hoc itaque mundo dum vivimus tunc perfectè qua scienda sunt scimus, cum prōficientes per intelligentiam, nihil nos perfectè scire cognoscimus. Dicit igitur: [Numquid nolis semitas nubium magnas, & perfectas scientias?] Ac si aperire dicat: Numquid jam summa acta prædicantium conspicis, qui postquam per scientiam ad alta se elevant, deorsum se humiliant per cognitionem sue ignorantiae inclinant? Quod quia solius sancti Spiritus dono agitur, ut humanum cor non solum de scientia, sed etiam de ipsa sua ignorantia perfectè doceatur, & calore amoris ad supernæ seruat, dum minora esse quæ cognovit, in infinitis pensat, rectè subjungitur.

Quod doctorum & auditorum concordia qua mutua charitate coalescit, ex Spiritu sancto est.

CAPUT XXIII.

Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perfusa fuerit terra Auster? Sæpe beatum Job figuram sanctæ Ecclesiæ tenere jam diximus. Vestimenta vero Ecclesiæ sunt omnes, qui ei fidei adoratione junguntur. De quibus eidem Ecclesiæ per Prophetam Dominus dicit: Vivo ego, quia omnibus his velut ornamen to vestieris. Per Austrum vero, qui nimurum calidus ventus est, non immortè Spiritus sanctus designatur, quo quisque dum tangitur, ab iniquitatibus sua corpore liberatur. Unde bene in Canticis canticorum dicitur: Surge Aquilo, & veni Auster, *Can. 4. d.* perfila horum meum, & suam aromata illius. Aquilo enim jubetur ut surgat, ut nimurum is, qui mortali um corda restringit adversarius spiritus, fugiat. Auster enim venit & horum perflat, ut ejus aroma ra diffundat: quia per adventum sancti Spiritus, dum mens hominum repletur, ex ea mox opinio virtutum aspergitur, ut jure jam sanctorum lingua quasi hortus Austro perfatus, dicat: Christi bonus odor sumus Deo. Vestimenta ergo sanctæ Ecclesiæ calida sunt, dum terra Austro perfatur: quia hi qui ei per fidem inherenter, ferventibus charitatis studiis inardescunt, dum eorum mens sancti Spiritus afflatus perfunditur. Quod quidem & de codem beato Job nihil obstat intelligi: quia sic hæc generaliter in sancta Ecclesia dicimus, ut tamen per membra ejus singula specialiter teneamus. Unusquisque enim qui rectè vivit, atque hoc & alios docere consuevit,

quasi tot vestimenta habet, quod auditores ei concorditer inherarent. Natura namque vestimentorum est, ut per semetipsa calere non possint, sed adjuncta viventi corpori, dum exhalantes membrorum poros contegunt, emanantem ab intimis calorem prement, quo nimurum calore hac eadem vestimenta, calefiant, sed calefacta, calorem quem acceperint, retinendo ad corpus reddunt. Quid ergo per vestimenta viventi corpori adhaerentia, nisi discipulorum vita magistris bene viventibus coniuncta signatur? Quae quasi per poros calorem accipit: quia ad amorem Dei & exemplo actionis, & impulsu exhortationis ignescit. Quae velut frigis proprium expellit, dum a pristina iniquitate discedit: calorem quem accepit, retinet, quia in eo quem praedicando sumpernit, fervore convalescit. Doctores autem sancti dum auditores suos in amorem Dei proficer sentiunt, ipsi amplius in doctrina virtute fervescunt; & quia eos ad summam inardescere & fervescere conspicunt, ad praedicanda bona cœlestia patriæ validius succenduntur. Qui & si quando pro eo quid adhuc vitam corruptibilem humanae infirmitatis agunt, de qualibet culpa saltem tenuerit in opere, in locutione, in cogitatione tentantur, discipulorum suorum profectum conspicunt, & ipsi vel in minimis esse reprehensibiles erubescunt: ne qua forte exempla tortitudinis prebeant eis, quos prædicationis voce ad regulam intimam rectitudinis vocant. Dum ergo verbo doctorum accenduntur auditores, quasi ex viventi corpore vestimenta calefiant. Sed dum ex profectione auditorum etiam vita docentium proficit, quasi ex calefactis vestimentis calor ad corpus redit. Sed nequaquam sibi doctores tribuant, quod per exhortationem suam ad summam proficer auditores vident: quia nisi Spiritus sanctus eorum corda repleat, ad aures corporum vox docentium incassum sonat. Formare enim vocem magistri exterioris possunt, sed hanc imprimere interiori non possunt. Neque enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Dicatur ergo: [Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perfla fuerit terra Austrus?] Quia nimurum tunc auditores, qui jam bene viventibus doctorisibus inherarent, calorem superni amoris accipiunt, cum per afflatum sancti Spiritus excitantur, ac si aperte beato Job diceret: Incassum tibi tribuis, si quos per te profecisse in virtutibus contemplaris: quia hi, quos per te incaluisse astimas, nisi eos Spiritus sancti fervor attingeret, frigidus in sua insensibilitate remanerent. Postquam vero haec fortiter dixit, per arrogantium leviter motus, irrisio illico verba subjungit, dicens.

Quod sancti Angeli hoc in munere retributionis acceptarunt a Deo, ut ad peccatum ultra moveri non possint.

CAPUT XXIV.

Tu forsan cum eo fabricans es calos, qui solidissimi quasi aere fuisti sunt.] Possunt per calos, hi qui in caelestibus sunt conditi, Angelici spiritus designari. Unde & in oratione nostra dicere voce Veritatis instruimus: Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra: ut nimurum voluntas Dei sicut a superiori creatura agitur, ita in omnibus etiam ab humana infirmitate servetur. De quibus bene dicitur: [Qui solidissimi quasi aere fuisti sunt.] Natura namque aeris est, rubigine difficile consumi. Et virtutes Angelicæ, que in divino amore fixe perfisterunt, lapis subtilis, in perbentibus angelis, hoc in munere retributionis acceperunt, ut nulla jam rubigine subripientis culpe mordentur, ut in contemplatione conditoris sine felicitatis fine permaneant, & in hoc quod sunt conditæ, æterna stabilitate subsistant. Quod bene apud Moysen ipsa de mundi origine historia verba

testantur, cum & prius factum celum dicitur, & hoc idem postmodum firmamentum vocatur: quia videlicet natura angelica & prius subtilius est in superioribus condita, & post ne unquam porristeret calere, mirabilius confirmata. Possunt etiam per celos, ut saepe diximus, electorum mentes exprimere, à cunctis terrenis contagiosis intimo amore suspenere. Qui quamvis corpore degant in infinitis: quia tam corde jam inherarent summis, veraciter dicunt: *Nostra conversatio in celis est.* Qui solidissimi ut Phili. 3. 1. are fusi sunt: quia ab integritate cepta fortitudinis, nulla mutabilitatis rubigine consumuntur. Quibus & fortiter contra adversa durantibus, auctoris voce dicitur: *Vos estes amici mei, qui permanefatis mecum in tentationibus meis.* Sed quamvis do- Lnc. 21. & us & arrogans cum irrideret sanctum virum natus, irritio sua fortia dicta permiscerat, a dictis tamen fortibus semper ad supervacua verba relabitur. Nam iterum deridendo subiungit: [Ostende nobis quid dicamus illi: nos quippe involvimus tenetis?] Ac si dicat: Tu, qui jam magna intelligentia luce perfrueris, docere nos, qui ignorantie tenebris involvimus, debes. Qui mox ab irrisione resiliens, despiciendo subiungit: [Quis narrabit ei qua loquer?] Ac si aperte dicat: Quæ ego ei de suis audiibus acutè sentiunt non audita loquor, quis haec narrare vel postquam audierit, potest? Sed quia cum doctrina & arrogantia in unius mentis habitatione confligit, a loquentis ore non solùm sonat vivendi levitas, sed etiam gravitas sentiendi, postquam Elia per arrogantium leviter intumuit, dicens: [Quis narrabit ei qua loquer?] mox per doctrinam subdit.

Quod ineffabilis sit Deus; & scrutator maiestatis opprimatur a gloria.

CAPUT XXV.

Etiam si locutus fuerit homo, devorabitur.] Omnes quod aliquid devorat, hoc introrsus trahens, ab intuentum oculis occultat, & rem quæ videri in superficie portat, in profundum rapit. Homo igitur cum de Deo tacet, per rationem in qua est conditus, esse aliquid videtur. At si loqui de Deo ceterum, illico quā sit nihil ostenditur: quia magnitudinis illius immensitate devoratur, & quasi in profundum raptus absconditur: quia fieri ineffabilem cupiens, ipsa sua ignorantiæ angustia deglutitur. Loquitur enim caro de spiritu, circumscriptus spiritus de incircumscripto, creatura de creatore, temporalis de æternio, mutabilis de immutabili, mortalis de vivificante: & cum in tenebris positus internum lumen siccut est nesciat, homo de æternitate differere cupiens, cæcus de luce loquitur. [Si ergo locutus fuerit homo, devorabitur:] quia si effari homo æternitatem fecit est appetit, etiam hoc sibi subtrahit, quod de illa vel tacitus sentit. Sed ecce æternitas tunc hominibus verè innovuit, cum se eis humanitatem suscepit monstravit. Quæ quia needum revelata fuerat, de eiusdem hominibus rectè subiungitur: [At nunc non vident lucem.] De qua nimurum luce etiam per prophetam dicitur: Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Sed haec eadem lux qualiter ab hominibus videatur, insinuat, cum protinus subdit: (Subito aer cogitur in nubes.) Aer quippe ita ipsa sua tenuitate spargitur, ut nulla firmitate solidetur. Nubes autem tantò firmiores sunt, quanto densiores. Quid ego per aërem, nisi mentes secularium designantur, quæ innumeris hujus vita desideriis dedite, huc illucque more aëris fluidæ dispersuntur? Sed aëris in nubes cogitur, cum fluxæ mentes per superni respectus gratiam virtutis soliditate roborantur, ut intra sinum cordis recta sentiendo se colligant, & in vanis cogitationibus non liquecant. Aer Petrus fecerat, cum per terræ desideria sparsum, eum

Matt. 4. eum quasi aura transiens pro vita carnis cura pista-
tionis agitabat. Aër etiam Apostoli omnes extite-
rant, qui jam per legem alta didicерant, sed neclum
per fidem firma sapientib. Subito autem aër in nubes
coactus est: quia per respectum supernæ gratiæ, flu-
xa corda pescantium in soliditatem verba sum prædi-
catorum, ut eorum infirmæ cogitationes fortia sen-
tiendo denserent, ac more nubium aquascientiæ
caperent, & subter jacentem terram verbis prædicatio-
nibus irragent, quo peracto ministro, ad califera-
creta recurrent, atque ad æternam requiem finito
labore pervenirent. Unde & bene mox subditur:

[*Ei ventus transiens fugabit eas.*] Ventus quippe eff-
transiens, vita præfens. Ventus ergo transiens nubes
fugat; quia mortalis vita percurrent, prædicatores
sandos à nostris oculis corporaliter occultat. Ventus
transiens nubes fugat: quia vita temporalis excursus
à carne Apostolorum subtrahit, & eos à terra super-
ficie in secreta requie quasi in calorum cardine abs-
condit. Sed quia usque ad mortem prædicare non
desinunt, & præsentis vita spatiū more nubium
cum verborum pluvia excurrunt, quid eorum labo-
ribus in sancta Ecclesia agatur, adjungit, cum pro-
tinus subdit.

*Quod filii regni in tenebras exteriores projectis, mul-
ti ab Oriente & Occidente quasi aurum in thesauris
venerunt: & multus ex hoc nobis fit timor, quoniam
non intelligimus cur reprobato trunco, in ramis in-
sistis complacuit ei.*

C A P U T X X V I .

A B Aquilone aurum veniet.] Quid per Aquilo-
Nem, nisi peccati frigore confricta Gentilitas
designatur? Quam ille sub jugo sua tyrannis te-
st. 14. nuit, qui superbis dixit: *Sedeboin monte testamen-
ti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudi-
nem nubium. similis ero Altissimo.* Quid verò auri no-
mine, nisi anima fideles exprimuntur? De quibus
per Hieremiam dicitur: *Quomodo obscuratum est au-
rum, mutatus est color optimus!* Aurum quippe obscu-
ratum doluit: quia in quibusdam claritatem inno-
centia versam in culpæ nigredinem vidit. Ab Aqui-
lone ergo aurum venire dicitur: quia per respectum
gratiae Redemptoris, à Gentilitate dudum perfida
torpore frigida, intra sanctam Ecclesiam peccato
Deo vita fidelium multiplicatur. Ab Aquilone ete-
niū aurum venit, cùm ab ipsis idolorum cultoribus
vera in Domino fides clarescit. Sed conversis ad fi-
dem Gentibus, Judæa contradicit, & ad præmiorum
retributionem cælestium dedignatur suscipere eos,
qui dudum fuerant cultores idolorum. Unde post
conversionem Gentium Petro dicitur: *Quare intravi
Ezai. 43. si ad viros prepupum habentes, & comedisti cum eis?*

*Quò contra rectè per Esaiam Dominus dicit: Dicam
Supra c. Aquiloni, Da; & Auстро, Noli prohibere. Sicut enim
18. hujus per Aquilonem Gentilitas, sic per Austrum Judæa si-
gnatur, quæ quasi meridiano sole incaluit: quia Re-
demptore in carne apparente, fervorem fidei prima
suscepit. Aquiloni ergo, da, dicitur, cùm offerre Deo
sua fidei munera Gentilitas imperatur. Auстро autem
jubetur ne prohibeat: quia Hebræis in fide consisten-
tibus præcipitur, ne vitam Gentium repellendo con-
demnet. Unde hic quoque quia dictum est: [*Ab
Aquilone aurum veniet;*] aptè subiungitur: [*Et à
Deo formidolosa laudatio.*] Sic enim formidolosa lau-
datio à Deo venire dicitur, ac si ab his qui in parte
Dei sunt, id est, à fidelibus venire diceretur. Auto-
igitur ab Aquilone veniente, à Deo formidolosa lau-
datio prodit: quia dum claritatem sua fidei Gentili-
tas obtulit, multitudo Hebræorum fidelium divina
judicia pertimescendo laudavit. Sed quomodo ab
Aquilone veniat aurum, quomodo ab his qui sub
Deo sunt, formidolosa laudatio erumpat, ipsa nobis
historia facti eloqui offendit. Scriptum quippe est:*

S. Greg. Tom. I.

A Cornelius centurio cohortis, que dicitur Italica reli-
giofus & timens Deum cum omni domo sua, faciens
eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper,
vidit in visu manifeste, quasi hora diei nona, Angelum
Dei invocantem ad se, & dicentem sibi: Cornelius
At ille intuens eum, timore correptus dixit: *Quis es
Domine?* Dicit autem illi: *Orationes tuae & eleemo-
syna tua ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.*

Aurum ergo ab Aquilone venit, dum in conspectu
Dei ex Gentibus cum eleemosynis oratio ascendit.
Quod cùm Petrus fratribus retulisset, quomodo vel
Cornelius Angelum, vel ipse de cælo submittit ad se ibid. b

linteum cum bestiis reptilibus ac volatilibus vidis-
set, vel quomodo Spiritus sanctus etiam ante baptis-
ma Genitium corda perfuderit, qui numquam in
Judaorum mentibus nisi post aquam baptismatis
venit, protinus scriptum est: *His auditis tacuerunt;*

& glorificaverunt Deum, dicentes: *Ergo & Gentibus
Deus penitentiam ad vitam dedit.* Multitudo ex-
ego fidelium formidolosa Dei laudem obtulit, quæ
salvatis Gentibus, à suo se murmur, dona calcitis
gratia admirando, comprescit. Unde ipse quoque
Petrus miratur, dicens: *In veritate competi, quid non
est personarum acceptor Deus.* Sed cùm Gentes fidem
suscipiunt, cur ab eis qui jam fideles sunt, formido-
losa venire laudatio dicitur, cùm leta venire potius
quam formidolosa debuisset? Sed idcirco conversis
Gentibus, ab Hebræis jam fidelibus formidolosa lau-
datio prodiit: quia nimis iustæ Judæa repulsa est,
dum piè est Gentilites vocata: & damnata sunt repul-
sionis timuit, dum lucra alienæ vocationis vidit. Un-
de nos quoque quotidie, dum iniquos quoque ad
inopinatam vitæ celsitudinem proverbi repente con-
spicimus, sub occultis Dei judiciis timenda gaude-
mus, ne per occulti judicia quosdam Deus qui digni
putantur, deserat, qui per haec ad se eos qui indigni
restimantur, vocat. Sequitur: [*Digni eum invenire
non possumus.*] Et si invenire jam eum possimus, non
tamen dignè: quia quidquid in illo sentimus, ex fide
est, & non ex specie. Hoc tamen quod jam se inven-
isse considerat, adjungit, dicens: [*Magnus fortitu-
dine & iudicio & justitia, & enarrari non potest.*] Ma-
gnus quippe est fortitudine, quia fortem adver-
sarium superat, & de domo illius vasa contumelias au-
ferens, in misericordia vasa permittat. Magnus iudi-
cio: quia etsi hic electos suos per adversa deprimit,
eos quandoque in gloria æternæ prosperitatis extol-
lit. Magnus iustitia: quia etsi hic diu tolerat, quan-
doque tamen reprobos sine termino damnat. Benc. d
autem subdit: [*Et enarrari non potest.*] Qui enim
sentiunt dignè non valer, quanto minus dici? Sed me-
lius hunc utcumque dicimus, si sub considerationis
ejus formidine admirando taceamus. Sequitur.

*Quod Deum contemplari non possunt qui humiles non
sunt: & quid sit, quid David cum reduceret arcum
Dei in Hierusalem, nudus saltabat.*

C A P U T X X V I I .

I Deo timebunt eum viri, & non audebunt contem-
plari omnes qui sibi videntur esse sapientes.] Hod
locu Eliu viros eos, qui ad intelligentiam sunt for-
tes, appellat. Et notandum, quod non ait: Et non
audebunt contemplari sapientes; sed, *Qui sibi vi-
dentur esse sapientes.* Quibus videlicet verbis peritos
quidem, sed arrogantes insinuat. Eliu ergo dum
multa fortiter sentit, in locutionis sua fine se tetigit.
Viri namque arrogantes & docti cum rectè non vi-
vunt, sed tamen recta dicere doctrinæ impulsionibus
compelluntur; ipsi damnationis sua aliquomodo
præcōnes sunt: quia dum ea quæ agere responunt,
prædicantes insinuant, suis se vocibus damnatos
clamat. Contra quos bene per Psalmistam dicitur:
Conversi sunt in arcum perversum. Arcus quippe per-
versus ipsum, à quo intenditur, percutit. In dictis
11. T. m. 2.

Eee

autem suis arrogantium linguae arcui perverso sunt similes: quia dum contra elationem verba faciunt, in suis auctoribus sagittas figunt. Unde summa cura providendum est, ne accepta sapientia cum ignorantia tenebras illuminat, lumen humilitatis tollat, & jam sapientia esse nequeat. Quae etsi virtute locutionis fulgeat, elationis tamen velamine cor loquentis obscurat. Alia namque sunt bona summa, alia bona media. Bona enim summa sunt, fides, spes, charitas. Quae cum veraciter habentur, in malum inflecti non possunt. Bona autem sunt media, prophetia, doctrina, curationum virtus, & cetera: quae ita inter utrumque sunt posita, ut aliquando per haec sola aeterna patria, aliquando vero gloria terrena requiratur. Medias ergo has virtutes dicimus, quas ad quodcumque mens appetit inclinamus. Quibus perceptis ita uui animus, sicut terrenis divitiis potest. Per terrenas namque divitias alii in glorie ostentatione superbiunt, alii erga proximorum indigentiam ministeria pietatis operantur. Cum per doctrinam igitur atque prophetiam laus exterior queritur, quasi per corporales divitias terrenae glorie culmen ambatur. Cum vero doctrina atque prophetia lucrandis animabus impenditur, quasi accepte divitiae egenis fratribus largiuntur. Quia ergo sepe per ipsa dona, quae se percipere exultat, a manu dantis incautus animus elongat, vigilanti provisione curandum est, ut & prius subigantur virtus, & post sub circumspectione dona teneantur. Nam si in eis mens incaute se deserit, non per haec adjuta subvenitur, sed quasi pro anteactis laboribus remunerata reprobatur. Unde fit etiam, ut accepta virtus dum in usu transitoriae laudis assumitur, quia virtus militat, virtus non sit. Quia enim origo virtutis humilitas est, illa in nobis virtus veraciter pullular, qua in radice propria, id est, in humilitate perdurat. A qua nimur si absconditur, arescit: quia vivificantem se in intimis humorem charitatis perdit. Sed quia per hoc quod ab Eliu dicitur, [Non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes;] occulta cordis elatio reprobat, intrueri libert, quanta virtutum munera David percepserat, atque in his omnibus quam fortis humilitate servabat. Quem enim non exoleret orationum frangere, ursorum brachia dissipare, despoticis prioribus fratribus eligi, reprobato Rege ad regni gubernacula ungi, timendum cunctis uno lapide regnum percipere, cunctumque Israelicum populum.

^{1. Reg.} Iam fine ulla contradictione possidere? Et tamen cum Arcam Dei in Hierusalem revocat, quasi oblitus praelatum se omnibus, admixtus populis ante Arcam saltat. Et quia coram Arca saltare, ut creditur, vulgi mos fuerat: Rex se in divino obsequio per saltum rotat. Ecce quem Dominus cunctis singulariter prætulit, se sub Domino & ex quando minimis, & abjecta exhibendo contemnit. Non potestas regni ad memoriam reducitur, non subjectorum oculis saltando vilescere metuit, non se honore prælatum certis, ante ejus Arcam qui honorem dederat, recognoscit. Coram Deo egit vilia vel extrema; urilla ex humilitate solidaret, que coram hominibus gesserat fortia. Quid de ejus factis ab aliis sentiatur ignoratio: ego David plus saltantem stupeo, quam pugnantem. Pugnando quippe hostes subdidit: saltando autem coram Domino feme ipsum vicit. Quem Michol filia Saul adhuc ex tumore regii generis insana, cum humiliatum despiceret, dicens: Quoniam gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi si nuderetur unus de scuris; protinus audiret: Vivit Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me potius quam patrem.

^{16. 17. 18. D}

^{2. Reg.} Goliath sternere, à Rége proposita extintis Allophyli numerosa præputia reportare, promissum tandem regnum percipere, cunctumque Israelicum populum.

^{2. Reg. 6. E}

^{ibid. d}

A ium. Ac paulo post ait: Et ludam & vilior siam ibid. plus quam factus sum, eroque humili in oculis meis. Ac si aperte dicat: Vilescere coram hominibus appeto; quia servare me coram Domino ingenuum per humilitatem quero. Sunt vero nonnulli, qui de femetipsis humilia sentiunt: quia in honoribus positil se esse nisi pulvarem favillamque perpendunt, sed tam coram hominibus despici apparet, refugunt, & contra hoc quod de se interior cogitant, quasi rigida exterius venustate palliantur. Et sunt nonnulli, qui viles videri ab hominibus appetunt, atque omne quod sunt, dejectos se exhibendo contemnunt: sed tamen apud se intorofisi ex ipso merito ostensa vilitatis intumescunt, & tanto magis in corde elati sunt, quanto amplius in specie elationem premunt. Quae utraque unius elationis bella, magna David circumspunctione deprehendit, mira virute superavit. Quia enim de feme ipsum humili sentiens, honorem exterius non querit, insinuat, dicens: Ludam & vilior siam. Et quia per hoc ibid. quod viles se exterius praebuit, nequaquam interior intumescit, adjungit: Eroque humili in oculis meis, ac si dicat: Qualem me exterius despiciens exhibeo, talem me & interior attendo. Quid ergo acturi sunt quos doctrina elevat, si David ex carne sua ventrum Redemptorem noverat, ejusque gaudia prophetando nunciabat, & tamen in feme ipsum cervicem cordis valida discretionis calcem deprimebat, dicens: Eroque humili in oculis meis? Bene ergo per Eliu dicitur: [Ideo timebunt eum viri, & non andebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.] Contemplari enim Dei sapientiam non possunt, qui sibi sapientes videntur: quia tanto ab eius luce longe sunt, quanto apud feme ipsum humiles non sunt: quia in eorum mentibus dum tumor elationis crescit, aciem contemplationis claudit; & unde se lucere præ ceteris estimant, inde se lumine veritatis privant. Si igitur veraciter sapientes esse, atque ipsam sapientiam contemplari appetimus, stultos nos humiliter cognoscamus. Relinquamus nostram sapientiam, dicamus laudabilem fatuitem. Hinc quippe scriptum est: Stultamundi elegit Deus, i. Cor. 1. confundat sapientes. Hinc rursum dicitur: Si quis dvidetur inter vos sapiens esse in hoc saeculo stultus fiat, ibid. ut sit sapiens. Hinc Evangelicæ historiæ verba testantur, quia Zachæus cum videre pte turbæ nihil posset, sycomori arborē ascendit, ut transeuntem Domini cerneret. Sycomorus quippe ficus fatua dicitur. Psallus itaque Zachæus sycomorum subiit, & Do Lue. 19. minum vidit: quia qui mundi stultitiam humiliat, in lucem veritatis intendat, curarum saecularium tumultus premit. Sed prudenter sycomorum ascendumus, si providè cam quæ divinitas præcipitur, stultitiam mente tenemus. Quid enim in hoc mundo stultus, quam amissa non querere, possessa rapientibus relaxare, nullam pro acceptis injuriis injuriam reddere, immo & adjunctis aliis patientiam præbere? Quasi enim sycomorum nos ascendere Dominus præcipit, cum dicit: Qui auferit quæ tua sunt, ne repaterat. Et rursum: Si quis te percussit in dextram maximam, prebe illi & alteram. Per sycomorum Dominus transiens cernitur: quia per hanc sapientem stultitiam eti secundum ut est solide, iam tamen per contemplationis lumen Dei sapientia quasi in transitu videtur. Quam juxta Eliu verba videre nequeunt, qui sibi sapientes esse videntur: quia ad conspiciendum Dominum in elata cogitationum suarum turba deprehensi, adhuc sycomori arborē non invenerunt.

^{Luc. 6. d Matt. 5 f}